



J-16











J-16









*Handwritten marginalia on the left side of the page, including the name 'Renaud' and other illegible script.*

**C** Vola anime per modum

Dialogi: inter Ikaymūdum Sebūdium: artiū  
 medicine: atq; sacre theologie professorem eximium. ⁊  
 dominū Dominicū seminiverbiū. De hominis natura  
 (propter quē omnia facta sunt) tractans. Ad cognoscen-  
 dum se: deum: ⁊ hominem.

*Et conforme a la purgato. Iehan. de. 3. ⁊*

*motan Ies En Lavilla  
 Iehan. Iehan.*



## Epygramma.

Multiplices cernis iamiam studiose libellos  
Quos impressorum prestitit arte labor  
Ille tamen noster nusquam prius usque repertus  
Et fuerat paucis cognitus ante liber  
Utilis in primis frugis et brevis ille libellus  
Sub modicis chartis comoda multa tenens  
Et labor est ingens: multos percurrere libros  
Pro multis nobis hic satis vnus erit  
Est opus electum: nomen viola: atque legenti  
Utilis: et nullo frigore lesa viret:  
Emptor habes animam valeas quo pascere flore  
Et celo venit: quicquid odoris habet  
Quotiens dices: valeas bene candida dozzant  
Qui primus doctis tradidit auctor opus.



Matthæi Herbeni poete laureati  
Epygramma ad lectores.

Quisqz breui cupias artis cunctas superare  
Atqz oculo mentis cerneremira dei  
Ire per ambages: ac mille volumina librum  
Non opus est: nanqz hec perdocet iste liber  
Ergo ebetant artes: 7 dogmata philosophorū  
Rusticus hic vere doctior esse potest  
Grammaticus solus sapit hic plus arte: q̄ ille  
Qui cunctas alias hac sine posse putat  
Nēpe docet gradibus quibz ardua scādere possis  
Nature: que simul discere quid sit homo:  
Nec contentus eris: si te quoqz noueris ipse  
(Quod magnū est) pariter ducit ad alta dei  
Nec reuocare pedem sinit ad diuos properātem  
Hi doctus redeat: qui rudus ante fuit  
Hinc tua perpetua merces dorlande manebit  
Ingenio cuius voluitur iste liber  
Extractus magno summa studio Raymundi  
Theologi sacri: que spaciola fuit.

Finit Epygrāma.

h

*Este libro es de antiq̄ yeres*

*Triunfo y Bendimiento grande se combate  
Bencen el aperto que en el Sombria y unguante  
y siempre que binere dese balle  
por que no alle lugar en aque l balle  
de son los Sombria ya tam f la coe  
que sea con cabid ad en p̄slos*



## Distinctio libri cū Tabula

**P**resens liber qui viola anime intitula-  
tur: in septem distinguitur dyalogos.

**P**rimus tractat de natura hominis inquantū homo  
est: 7 de his que sunt necessaria homini ad cognoscē-  
dū seipsum: deum: 7 proximum.

**S**ecūdus de beneficijs dei 7 hoīs obligatione.

**T**ertius: de amore 7 virib' eius: cōditionib' 7 fructi-  
bus: quō deū optimū maximū debeamus amare.

**Q**uartus: quō debeamus deū timere: adorare: lauda-  
re: honorare. 7 qualiter ad hoc obligat homo.

**Q**uintus: de lapsu miserabilis generis humani. **Et**  
quod per vnū hominē omnes cecidimus.

**S**extus: de reparatione lapsi hominis: 7 q' per vnū  
omnes resurgimus.

**S**eptimus: de mysterijs sacre passionis domini iesu  
christi inter **M**ariam 7 **B**ominicū dyalogos.

### **I**ncipit tabula capitulorū.

**P**rologus in sex dyalogos exprimēs q' sit necessariū  
nosse que hic describūtur. fo. j.

**I**lagogicū siue introductorū in materiā sequentem.  
fol. ij.

### **C**apitula primi dyalogi.

**C**apitulū primū: de scala nature per quā homo scandit  
ad semetipsum. fo. iij.

**C**apitulū secundū: quomodo homo cum rebus se infe-  
rioribus cōueniat. fo. iiii.

**C**apitulū tertiu: quomodo deus habet esse: viuere: sen-  
tire 7 intelligere. fo. vj.



## Capitulorū.

Capitulū quartū. q̄ sicut deus habet esse: ita habet vi-  
uere: sentire: 7 intelligere. fo. ix.

Capitulū quintū. q̄ deus habet voluntatem 7 liberum  
arbitriū. fo. xj.

Capit. sextum. q̄ deus de sua natura deum produxerit:  
rationibus aliquātis ostenditur. fo. xij.

Capitu. vij. q̄ in simplicissima atq; indiuisibili vnitate  
summa sit trinitas personarū. fo. xiiij.

Capit. viij. q̄ cōparatur homo ad res inferiores trium  
graduū penes cōuenientiā specialem. fo. xv.

### Capitula secūdi dyalogi.

Capit. ix. hic comparatur homo ad res se inferiores pe-  
nes differentiā generalē. fo. xvj.

Capitulū. x. practica huius regule ad probandū omnia  
perfectissima de deo. fo. xvij.

Capitulū. xi. quomodo per secundā operationē intelle-  
ctus homo omnia affirmat vel negat que sunt homini  
necessaria inquantū est homo. fo. xvij.

Capit. xij. de comparatione hominis ad res inferiores  
penes liberū arbitriū per qd̄ oritur de homine 7 ope-  
ribus eius 7 de deo vera cognitio. fo. xx.

Capitulū. xij. q̄ deus premiator aut punitor est infini-  
te sapiētie: potētie: iusticie: 7 misericordie. 7 vn̄ est  
tantū premiator ac vltor deus. fo. xxj.

Capit. xiiij. Sicut ex natura liberi arbitrii cognoscitur  
quid de deo sentiendū sit. ita 7 per liberū arbitriū cog-  
nosci possunt q̄ hominis sunt. fo. xxij.

Capit. xv. quō hō differt a rebus se inferiorib; penes co-  
gnoscerē se h̄re: 7 hec est specialior differentia. fo. xxiiij.



## Tabula

- Capitulū. xvi. Quomodo omnia seruiūt anime humane  
7 de magnitudine obligatōis. fo. xxvj.
- Capit. xvij. quomodo homo etiā obligat⁹ est deo pro his  
que accepit in seipso. fo. xxvij.
- Capit. xviii. De magnitudine obligationis ex parte dā  
tis 7 recipientis. fo. xxix.
- Capit. xix. quid homo refundere tenet pro acceptis be/  
nificijs: suum scz amorem. fo. xxx.
- Capit. xx. qd debitū amoris qd homo reddit creatori ad  
hois meritū 7 cōmodū reuertit. fo. xxxij.
- Capit. xxj. qd homo obligat amare etiā oēm creaturā et  
precipue dei imaginem. fo. xxxiij.

### Capitula tertij dyalogi.

- Ca. xxij. de additionib⁹ 7 pprietatib⁹ amoris. fo. xxxiiij.
- Capit. xxiiij. qd amor tantū se dilatat vel amplificat quā  
to se amplificat res primo amata. fo. xxxvj.
- Capit. xxiiij. qd tantū due sunt res principaliter amate:  
7 inimicicia earū ad inuicem. fo. xxxvij.
- Capit. xxv. de finali fructu qd nascit ex his duobus amo/  
ribus: 7 de gaudij proprietatibus. fo. xxxix.
- Capit. xxvj. De ultimo gaudio qd post mortē erit: 7 de  
amore dei et salute proximī. fo. xli.
- Capit. xxvij. de fructu qui nascitur ex amore pprio 7 pro  
prietatibus eius. 7 hic fructus acerbissimus est: 7 de  
proprietatibus gaudij mali. fo. xliij.
- Capit. xxviii. de finali fructu qui nascitur post hanc vitā  
de amore sui scz eterna tristitia. fo. xliij.
- Capit. xxix. qd deus creator: 7 ipe oēs creature: corpus  
quoqz ipsuz: aīam miserā persequūtur. fo. xlv.



## Capituloꝝ.

- Capit. xxx.** q̄ sicut homo obligat̄ ad amorem ita etiã ad  
odiu: 7 de odij proprietatibus. fo. xlvij.  
**Capit. xxxj.** q̄ sunt duo prima odia sicut duo primi amo  
res. 7 de odioꝝ fructibus. fo. xlvij.

## Capitula quarti dyalogi.

- Capit. xxxij.** Sequuntur alia quedã debita vltra amorem  
que homo tenet reddere creatori suo. fo. xlvij.  
**Capit. xxxij.** q̄ vnũquodqz debitum habet per se pro  
pria ratione specialẽ quare debeat deo dari. fo. xlix.  
**Capit. xxxiij.** de timore 7 de duplici timore 7 eozũ con  
ditionibus 7 fructibus. fo. l.  
**Capit. xxxv.** de honore 7 q̄ omnia deus fecit propter suũ  
honorem 7 hominis vtilitatem. Et valde pulcre con  
siderationes oriuntur ex eo q̄ deus fecit omnia ad suũ  
honorem. fo. lj.  
**Capit. xxxvj.** q̄ deus sicut propter suũ honore ita 7 pro  
pter suũ nome omnia operatur. fo. liij.  
**Capit. xxxvij.** de obligatione hominis erga honore 7 lau  
dem 7 nomen dei. fo. lv.  
**Capit. xxxviii.** q̄ honor proprius est dei honori cõtrariũ:  
7 capitalis inimicus. fo. lvj.  
**Capit. xxxix.** q̄ homo obligat̄ ex parte honoris dei cre  
dere oibus verbis eius 7 ea honorare. fo. lvij.  
**Capit. xl.** de proprietatib⁹ verbi dei: 7 q̄liter se homo gere  
re debet circa sanctã bibliam. fo. lix.  
**Capit. xli.** comparatio verbi dei ad creaturas: 7 vbo dei af  
fectus pascitur 7 intellectus. fo. lxi.  
**Capit. xliij.** Agitur de tertia natura creata que sine coz/



# Tabula

poze persistēs tota spūalis est. et de beneficijs nobis  
exhibitis 7 obsequijs angeloz. fo. lxxij.

## Capitula quinti dyalogi.

- Capitulum. xliij.** An talis sit homo qualis esse debet: 7  
an facit qđ facere tenetur. fo. lxxiij.
- Capit. xliiij.** qđ homo potest cōsiderare corruptionē suaz  
per res externas in se corruptas. fo. lxxv.
- Capit. xlv.** qđ lapsus 7 corruptio hominis pōt attēdi ex  
parte iuris paternitatis 7 filiatōis. fo. lxxvj.
- Capit. xlvj.** qđ etiam lapsus hoīs potest ostendi ex parte  
iuris fraternitatis. fo. lxxvj.
- Capit. xlvij.** qđ dominus deus non condidit hominē in  
isto statu in quo nūc lapsus iacet. fo. lxxvij.
- Capitulū. xlvij.** qualis erat status hominis primus 7  
quas habebat conditiones. fo. lxxvij.
- Capit. xlix.** De origine corruptionis 7 mali quod est in  
natura humana. fo. lxxix.
- Capit. l.** qđ per primū virū 7 primā mulierē propter eo  
rū inobediētiā hoc malū culpe 7 pene in omne homi  
nū genus intromissum est. fo. lxx.
- Capit. li.** qđ homo nunq̄ dei precepta fregisset nisi fuisset  
ab alio instigatus. 7 quomodo natura angelica pri  
mū sit corrupta. fo. lxx.
- Capit. liij.** De magnitudine malicie 7 corruptōis in pri  
mo angelo: 7 mala eius culpe 7 pene. fo. lxxiij.
- Capit. liij.** Qualiter homines incorporātur cum lucife  
ro 7 fiunt mēbra eius. fo. lxxiiij.
- Capitulū. liij.** De multiplici carcere 7 captiuitate col  
lapsi hominis. fo. lxxv.



## Capitulorū.

Capit. lv. q̄ corruptio liberi ar. ⁊ ipsius carnis cōtrario modo se h̄z in primis parētib⁹ ⁊ in posteris. fo. lxxvj.

### Capitula sexti dyalogi.

Capitulū. lvi. qualis ⁊ q̄ magna sit hominis obligatio pro iniuria ⁊ offensa dei. Et q̄ graue ⁊ abhominabile sit peccatum originale ade. fo. lxxvij.

Capit. lvij. q̄ hō indiget satisfactiōe infinita q̄ solui nō pōt nisi per infinitā personā. fo. lxxviii.

Capit. lviii. de cōditionibus quas oportet habere hanc personā infinitā pro nostra satisfactione. fo. lxxix.

Capit. lix. qualiter homo iste poterit occidi ad dei honorem: ⁊ quis eum occidet. fo. lxxxj.

Capitulū. lx. de conditionib⁹ ⁊ circumstantijs quas hec mors preciosa est habitura. fo. lxxxij.

Capit. lxi. declaratio q̄ rationabiliter sequitur saluatio humane nature per hanc mortem: ⁊ quomodo mors christi omnē culpam exterminat. fo. lxxxij.

Capit. lxij. Qualiter vir iste se habebit post mortē ad se ipsum ⁊ ad omnes creaturas. fo. lxxxiii.

Capit. lxiii. q̄ deus uolet hominē ligari: ⁊ q̄ iesus christus ipse sit iste homo. fo. lxxxv.

Capit. lxiiii. que sunt illa maxima dona que homo miserabilis recipit a iesu christo. fo. lxxxvj.

Capit. lxv. q̄ ista gratia est totū bene esse hominis: ⁊ ei⁹ carentia malū esse eius. fo. lxxxvij.

Capit. lxvi. q̄ in homine christiano sunt tres generationes ⁊ tres fraternitates distincte. fo. lxxxviii.

Capit. lxvij. q̄ mors christi vnde hominī gratia conferitur ⁊ bene esse generat in homine xpiano vnā nouā ob



## Tabula

- ligationē. 7 q̄liter solui p̄t ista obligatio. fo. lxxxix.
- C**api. lxxviii. q̄ licet hō lapsus reparet quantū ad bñ esse anime; manet tamē malū pene in corpe. fo. xci.
- C**api. lxxix. quibus formis aut medijs christianus accipit bene esse a christo. fo. xcij.
- H**ic incipit materia de septē ecclēe sacramentis.
- C**api. lxx. quō per primū sacramentū scz baptismi datur anime humane bene esse. fo. xciiij.
- C**api. lxxi. de secūdo sacramēto: q̄ per sacramentū confirmationis datur etiā bene esse aie hūane. fo. xciiij.
- C**apitulū. lxxij. de tertio sacramēto: q̄ per sacramentū eucharistie supra modū bene esse et multiplex gratia donatur. fo. xciiij.
- C**api. lxxiiij. q̄ caro christi est penitus contraria corrupte carni primi hominis. fo. xcviij.
- C**api. lxxiiij. declaratio p̄ exēpla quō vnū corpus xp̄i numero possit sil 7 semel esse in plurib⁹ locis. fo. xcviij.
- C**api. lxxv. de quarto sacramēto scz penitētie per quā lapsus a christi gratia xp̄ianus reparat et bene esse ei restituitur 7 p̄ditiones vere penitētis. fo. xcix.
- C**api. lxxvi. q̄ homo xp̄ianus multo periculosius cadit post acceptā christi gratiā q̄ ante. fo. c.
- C**api. lxxvij. q̄ sicut baptismus dimittit reliquias primi lapsus in carne: ita penitētia relinquit reliquias secūdi lapsus in aia: 7 quō expiantur. fo. c.
- C**api. lxxviii. que sunt illa que possunt inducere hominē lapsū ad penitentiam. fo. ciiij.
- C**api. lxxix. de quinto sacramēto qd̄ est extrema unctio per quā datur homini bene esse 7 gr̄a. fo. ciiij.
- C**api. lxxx. sextū sacramētū est ordo per quod character



## Capitulorū.

- imprimatur spiritualis potestatis sacramēta salutis ministrandi. fo. cv.
- Capit. lxxxj.** q̄ sacramentum ordinis principaliter respicit 7 ordinat̄ ad sacramentū eucharistię. fo. cvij.
- Capit. lxxxij.** de septimo sacramēto qđ est matrimoniū: per quod datur bene esse 7 gratia: 7 remedia contra peccatū. Et propter duas causas deus matrimoniū instituit. fo. cviiij.
- Capit. lxxxiiij.** de vniuersali iudicio: 7 ostēditur de necessitate venturū: cum generali corporū resurrectione. 7 hoc probat diuersis rationibus. fo. cx.
- Capit. lxxxiiij.** q̄ generale iudiciū omnium corporū mortuorū vniuersalē prereq̄rit resurrectionē: 7 quali corpore mortui resurgent. fo. cxj.
- Capit. lxxxv.** q̄ iudiciū generale futurū sit potest probari ratione honoris: potētię 7 sapiētię dei. fo. cxij.
- Capit. lxxxvj.** 7 vltimū: de excellētia huius diei pre ceteris diebus, 7 de finali retributione. fo. cxiiij.

Explicit tabula capitulorū.

De los P. Cap.<sup>m</sup> de Segoria







# Prologus in dyalogos sequentes.

expames q̄ necessariū sit nosse que hic scribuntur.

**H**uc queso lector: huc oculos animūq; cōuerte  
 De rebus em̄ magnis locuturus sum. Hic do  
 ceberis quā debeas de te nosse scienciā. Hic di  
 sces quicunq; homo rationalis es quid ipse sis. qd̄ tibi.  
 quid deo quid proximo debeas. Hic discēs tuū laudare  
 opificē. diligere. honorare. metuere. reuereri. teipm̄ au  
 tē despiciere. 7 propriū amozē. laudē. fauozēq; acriter as  
 pernari. Hic discēs omnē de deo 7 de hoie veritatē. 7 q̄  
 tibi necessaria sunt ad omnē perfectionē: vt apprehēdas  
 verā vitam. Hic discēs q̄cquid in sacra scriptura diffuse  
 p̄cipit: 7 discussio ignoratiē nubilo luce clarius cūcta  
 patefcēt. Hic discēs oēs q̄ de deo: deq; hoie formari po  
 terūt dissoluere questiones. Hic agnosces oēs errores:  
 sectas: 7 opiniones philosophoz. paganoz. hereticoz.  
 7 q̄cquid sane fidei cōtrariū est facile deprehēdens. Hic  
 tibi quicq̄d sparsim in sacris doctoz libris disputatū est  
 collectū oppāditur. Hic discēs a quo 7 ppter quid fact⁹  
 sis. qd̄ bonū quodue sit malū tuū. qd̄ obligaris. cui 7 p  
 pter quid factus sis. qd̄ bonū quodue sit malū tuū. quid  
 obligaris. cui. 7 propter qd̄ obligat⁹ sis. Hic discēs ag  
 noscere ruinā. corruptionē. cladē. miserā. 7 dānationē  
 generis hūani: 7 vnde hec mala oīa pullularint. Hic di  
 scēs qd̄ homo in prima conditiōe fuerit. vnde ceciderit  
 quo iuerit. in quos latrones incidit. quas plagas su  
 sceperit. 7 q̄ longe a prima pfectiōe exularit. 7 quibus  
 tandē remedijs: 7 cui⁹ miseriatiōe reparat⁹ sit. Hic discēs  
 oēm hūilitatē. obedientiā. benignitatē. iusticiā. charita

aten ly esto.  
 a dea que p  
 Nota vril  
 tatem mag  
 nam in les  
 ctione hu  
 ius libri.  
 quan  
 tum si obliga  
 to p̄cipit.  
 a m̄ d̄ d̄ d̄ d̄  
 proximum d̄  
 san guine pro  
 p̄cipit.  
 nublato.

quid iudicere  
 vicum si 7 op  
 no scilicet



## Prologus.

tem. veritatē. Hic aspernaberis omnē arrogantiam. superbia. inuidiam. et quicquid virtutis est et gratie consequeris. Hec tibi magis cognita sunt necessaria: quam si nosces siderum cursus. herbarum vires. et quicquid aut poeta aut rhetor instruit aut philosophus. Vana est enim omnis industria que non innititur scientie dei. Hec scientia argumenta affert solidissima quibus potest contradicere nemo. Arguit enim per ea que sunt cunctis certissima. ut sunt homo ceteraque creature. atque ideo hec scientia non alios testes exigit preter hominem quem hec noxat. Nec te scandalizet rogo quod a rebus infimis et humilibus exordium sumit. hec enim humilia ad summa te fastidia subleuabunt. Quanto nepe in imo foderis fundamentum tanto celsiora culmina poteris sublimare. Nam principia huius artis res sunt que et palpari et cerni possunt: que quanto sunt viliora tanto sunt firmitiora ad id quod probare contedimus. Scripturas sacras facile quis impia interpretatione subreare potest. Sed nemo est tam execranda dogmatis hereticus quem nature libri falsificare possit: in quo manifestis obtutibus omnia provalent. Proinde igitur mihi suavissime lector istuc accerseris: animi tui lucra maxima reportaturus. Nunquam te liber iste dimittat donec in gemitum lacrimasque soluaris: et scelerum tuorum te peccateat. Quod si tam dura precordia possederis ut igemiscere ac dolere non possis: iam acriter perimesce quod cor durum male habebit in nouissimis. ¶ Inquit prologus.

**I**nter magistrum Raymundum Sebundum: et dominum Dominicum seminiverbium: de natura hominis in quantum homo est: et de hijs que sunt necessaria homini ad conoscendum seipsum. deum et proximum. et omne debitum quo deo obligatur et proximo: disputatio incipit feliciter.



# Introductio.

Asagogicum seu introductorium in  
materiã subsequente. ¶ Raymūdus.



Iste nūc venis mi domine: ⁊ quorsum sub hoc  
diluculo maturas iter. ¶ Dominicus. Iduc ad  
te propero. te quero. te desidero mi raymunde  
suauissime. ¶ Raymundus. Gratissimus mihi hospes  
aduenisti: neqz em̄ inter mortales quispiã est quẽ iocūdi  
us exceperim. Sed queso te quid ante ortū solis ocius  
surrexisti. rem certe grandẽ aliquã meditaris. ¶ Dñi-  
cus. De sero sero cū essem in gymnasio tholosano: post  
varias quæstiones explicitas audiui illic a narrantibus  
hijis diebus ( quibus pro cōmuni vtilitate absens fui )  
mirabilem te omnibus coram disputationẽ habuisse: qua  
sanctiorem vtiliorẽve nemo se vnq̄ asserit audisse. tante  
qz fuisse virtutis vt nō illū vllatenus arbitrẽtur homi-  
nem: neqz spem habere salutis qui ea non fuerit a vitijs  
ad iusticiã permutatus. ¶ Raymundus. Multū mihi  
homines tribuūt: sed ipsi viderint qua id faciant ratiõẽ  
Ego fructū ingenij mei dño dedicauī. ¶ Dñicus. Iu-  
stissime id facis. Sed obsecro te ( hac enim causa tā ma-  
ne in tuū hunc agrū festinus descendi ) vt mihi q̄ illica  
te disputata sunt scriptis corã exhibeas. ¶ Raymūdus  
Scripta est fateor disputatio illa: sed hey mi dominice  
Aurelius sulphiciamicus noster ( iam ferme mensis est )  
librū illū vt sibi describeret asportauit. Quid igit tibi  
nunc faciã? ¶ Dñicus. Nunq̄d tu me vacuū patieris  
abire. nūq̄d ideo sine doctrina es: aut industriã oẽm per-  
didisti qz liber ille a te dimissus est? ¶ Raymūdus. Sz  
qd tibi vis faciã? ¶ Dñicus. Certe vt videã. aperi mihi



## Prologus.

lumē ingenij tui ⁊ illā sapientiā qua librū illū dei munere cōdidisti. **K**ursus queso mihi clemēs aperias. **N**ihil tibi obfuerit; immo pderit multū si rem tam salutiferā etiā septies resūpseris. **P**restare etiā debes hoc amico tuo quē tua dignatiōe semp ex animo charū habuisti: et in petitiōe tā necessaria nō fatigari. ¶ **R**aymūsus. **E**n pareo libens votis tuis: ⁊ triū dierū disputatōi me prōptū exhibeo. **D**ū igit materiā a fundamētis exordior: tu diligēter aspiciō ⁊ sapiēter interrogatō. ¶ **D**ñicus. **F**aciā qđ hortaris. ¶ **R**aymūsus. **A**nimū hūanus circa inq̄sitiōnē veritatis occupat: nunq̄ ante quiescit donec ad vltimū venerit certitudinis gradū. **V**irtus autē certitudinis ex firmitate testimonioꝝ seu testiū generat qui quāto fuerint magis manifesti: lucidi: ppinqui: tāto certioꝝ fidē credulitatēq; p̄stituūt. **V**erū q; nulla res est magis nota: propinqua: intrinseca alteri q̄ ipsa sibi. **I**deo quicqđ per ppriā ipsi rei naturā ostēdimus: id solidissimū: id verissimū est. **E**t idcirco omne quod de hoīe mōstraturi nūc sumus per ipsius hoīs naturā: maximā dictis nr̄is fidē faciēt. **S**ed qm̄ homo lōgissime exijt a semetipso: nec iam habitat in natua domo: ac p hoc nec sui meminit: nec se cognoscit: nec q̄ nobilis ⁊ ingenua creatura intelligit. **I**deo oīno necariū est vt per res inferiores q̄ extra cognoscit ad sui cognitionē reuocet. **E**t ergo ad se possit ascēdere: scalā triū graduū opus habz: quos dū scādere hoc est agnoscere incipit: incipit ⁊ agnoscere semetipm̄. id em̄ sumopere est illi necessariū. **I**bi ius vero scale gradus adeo solidi sunt ⁊ robusti: vt scandens titubare nō possit aut cadere. **V**olēs igit homo ad seipm̄ introire primo cōsideret rerū creatarū ordinem



inter se. Secūdo comparet hominem ad ceteras res pe-  
nes cōuenientiā ⁊ differentiā earūdem. Tertio per hāc  
cōparationē ascendat homo ad seipm: ⁊ a seipso ad oim  
conditorē deus. Tu igitur mi dñice si cupis in hjs que  
dicturus sum proficere: hanc scalam diligēter aspicio.  
¶ **Bñicus.** En preparo tibi cordis oculos: tu mihi hāc  
scalam ocuis expone. ¶ **Finis ysagogicū.**

**Hic incipit scala nature per quam**  
homo scandit ad semetipm. ¶ **Capitulū primū.**

**Raymūdus.** Disputatiōis igit̃ nostre hoc sit ex  
ordiū. **Entiū:** quedā sunt q̃ habēt esse tantū. sūt  
que habēt esse ⁊ viuere. sunt q̃ habēt esse viuere  
⁊ sentire. sunt postremo q̃ habēt esse viuere sentire ⁊ in-  
telligere. Hec est scala nature q̃ om̃e in se ens manifeste  
cōplectit̃. ¶ **Bñicus.** Video scalā istā: sed quorsuz per  
eā me iubes ascēdere. ¶ **Raymūdus.** Dicā tibi: sed ex-  
pecta parūper donec hos scale gradus q̃ternos in suas  
partes breui smone distinxero. ¶ **Bñicus.** En sisto pe-  
dē: tu vero progredere. ¶ **Ray.** Earum rerū que habēt  
esse tantū multiformis differētia est. Itā ⁊ si in hoc vno  
cōueniāt q̃ habēt esse: recipiūt tamē hoc esse: ista quidē  
clarius: ista vero obscurius. Inter elemēta enī aqua di-  
gnior est terra. ⁊ ignis supra aquā ⁊ aerē multo preclari-  
or. Iste gradus cōplectit̃ cuncta q̃ generātur in visceri-  
bus terre: vt sūt mineralia ⁊ metalla oīa. argentū viuū.  
plumbū. ferrū. cupzū. stannū. argentū ⁊ aurū. Quid at̃  
horū sit altero prestantius facile est aduertere. In hoc  
gradu est lasuriū qd̃ aurum precio superat. sulphur. sal-  
petra. salgēma: ⁊ cuncti lapides preciosi: vt sunt carbū



## Dialogus.

culus. hiacinetus. smaragdus. ametistus. thopasius. corallus. Ibi omnes magni sunt precij: magnè pulcritudinis et virtutis. In hoc preterea gradu sunt omnes celi: omnia corpora celestia: omnes sphere: sidera et septena planetarum lumina. Artificialia quoque ad istum referuntur gradum: que et si inter se de nobilitate compugnent: in hoc tamen cuncta conveniunt quod esse tantum habet et non vivere. ¶ **Thonicus.** Cum voluptate te capio disputantem: verum ad secundum gradum proficiscere. ¶ **Ray.** In secundo gradu sunt illa omnia que solum habet esse et vivere: cuiusmodi sunt omnes plante: arbores et herbe. Bene vitam suam oculis nostris insinuant: dum videmus eas sursum deorsum: ante et retro: ad dexteram sinistramque moveri. Attrahunt e terra suam unde se nutriunt alimentum: crescunt: augmentantur: et flores: frondes: fructus: seminaque produciunt. Habent enim intra se virtutem quandam qua facile ista perficiant. Sub isto gradu innumerabiles ponuntur arborum et herbarum species: quarum inter se fructus sapes: odores virtutes: coloresque longissime separantur. Omnibus una vivendi ratio: sed nobilitas dignitasque non una. ¶ **Thonicus.** Si fuerit quispiam qui dignetur advertere: facile que dicis aspiciet. ¶ **Ray.** Porro in tertio gradu animata cuncta recipimus: quibus esse et vivere et sentire indultum est. Ad sensum enim visus requiritur et auditus: gustus: odoratus: et tactus. Ad istum gradum referuntur cuncta que moventur in terris vel in aquis: vel que in liquido aere pervolitant. Considera nunc rogo quanta sit inter quadrupedes: pisces: volucresque distantia. Nam sicut genus a genere: ita et a speciebus species separatur. In animalibus autem tres gradus inuenies. Sunt enim que/



dā que habēt sensum tactū: s; neq; auditū habēt neq; memoria: vt sunt cōchilia 7 minuta aialia arborū 7 herbarū affixa radicibus. Et iste primus est atq; infimus gradus. Hec aialia q; memoriā nō habēt: ideo nullā habent prudentiam: nec se de loco ad locum possunt pmouere. Quedā vero sensus hnt tactū 7 memoriā: sed auditu priuant: vt sūt formice 7 huiusce generis animātia: q;bus memoria est 7 puidētia 7 motus localis. cōgregāt em̄ in cibū frumētōz grana ne hiemis tpe fame pereāt. 7 hec aialia sunt primis nobilioza: cū illa sint plātis ppinquissima. Quedā preterea sunt q; habēt sensum tactū: memoriā 7 auditū: vt pfecta queq; aialia: cuiusmodi est canis: bos: leo: capra: 7 iste est tertius aialium gradus. qui ideo est duob; primis nobilior: q; a plātis est multo distātior. Nūc si placet hos quos tibi nature gradus cōstitui ocuis ascende: 7 in qd; sublime te culmē pmouerim facile dephendes. ¶ **Bo.** Ecce vt iussisti conscēdi: 7 quartū huius scale gradū quē tu nondū prosequutus es celeri calcopede. Nā in q̄rto gradu meipm hoc est hoīem constituo: cui preter viuere 7 sentire subest etiā intelligere: discernere: velle 7 nolle libere. Solo enim libero arbitrio ascendit homo supra cetera aiantia: qui potest iudicare rationari: 7 susceptibilis fieri experiētie. artis. sciētie. atq; doctrine. Hoc modo cōpleta cū suis gradibus nature scala conficit. ¶ **Ray.** Recte tu quidē. Nunc vero in summū huius scale cacumē constitutus: oculos queso vndiq; circūfer. 7 intentissimo corde considera quā habeat homo cum rebus se inferioribus cōuenientiā 7 quā te neat discrepantiā. ¶ **Bñicus.** En facio quod hortaris: tu tamen quo respiciendum sit ostendito.

Nota hic  
triplicē a  
nimalium  
differentiam



## Dialogus.

Quomodo homo cum rebus se  
inferioribus cōueniat. Capitulum secundū.

**A**ymūdu. Si vigilāti oculo consideres quā  
cōuenientiā habet homo cum rebus triū inferi  
orū graduū. naturam ⁊ dignitatē hominis per  
spicue conofces: ⁊ super hominē deū hominis condito  
rem intelliges. videbisq; dñm innixum scale: ⁊ ad ipsuz  
poteris festinus ascendere. **D**ico ergo breuiter. Homo  
cōuenit cum rebus inferiorū graduū: quia habet esse cū  
elemētis: viuere cū plantis: sentire cū animalibus. **C**ō  
plectitur enim in se homo omnes perfectiones inferiorū  
entiū. **M**am ⁊ uiuūt: ⁊ nutritur: ⁊ conseruatur ab elemē  
tis. **C**ōuenit etiā cum rebus secūdi gradus. nam sicut  
arbores ⁊ herbe uiuūt: nutriūtur: crescūt ⁊ gignunt. sic  
⁊ homo. **P**ari modo etiā conuenit cū reb⁹ tertij gradus  
cum quibus ⁊ sentit. uidet. audit. sapit. odoratur ⁊ tan  
git. **¶** **B**nīc⁹. **¶** facile hanc ego cōuenientiā animaduer  
to. hoc tamen ad magnā redundat hominis dignitatē:  
q̄ eas perfectiones quas res habēt inferiores diuisim;  
homo possidet cōiunctim. **O**mnia enī in se continet que in  
rerū natura bona sunt: nec aliquid pōt sibi perfectionis  
adiungi. **S**ed rogo te vt ex hac rerū omniū conueniētia  
deū mihi ad oculū demonstrēs. **¶** **R**ay. **¶** facile (vt cre  
do) mihi cōcedis. res horū quattuor graduū suas essen  
tias: suas etiā perfectiones a semetipsis nullatenus pos  
sidere. **¶** **S**o. **¶** Admitto equidē. **N**ulle etenim res seipsas  
aut producere possunt: aut perfectionis aliquid tribue  
re. **¶** **R**ay. **¶** fatearis ergo necesse est vnū esse supremū  
opificē qui ⁊ hominē ipsuz: ⁊ cū cta que sub homine sunt

Qd ex con  
ueniētia re  
rū adinui  
cem de⁹ cō  
ditordemō  
stratur.



potenti manu cōstituit. Omnia enim ab ipso producta: omnia cōmensurata et limitata sunt: oīa in numero: pōdere et mensura cōfecta. Unus conditor princeps q̄ producta omnia ordinauit. vnus qui vnūquodqz in suo gradu cōstituit. vnus qui hos gradus stabiliiuit et certis ualauit limitibus. Hic talis ac tātus cōditor deus est sublimis: potēs: terribilis. et nō estimabit̄ altus ad illum. Si me iuncto pede secutus es deū supra hominē inuenisti. ad deū per hos gradus ascendisti: et quomodo huic scale innixus sit luce clarius asperisti. **Th̄icus.** Asperifateor: et tue doctissime demonstrationi gratias habeo. **Ray.** Est tamē et aliud quiddā quod ex hac scala poteris intueri. **Th̄icus.** Quodnā illud queso. **Ray.** Rerū oīm vnū tantū esse conditorē et gubernatorē deū: qđ quidē ex hīs que iam diximus facile demōstrat̄. Licet enim in hīs quattuor gradibus sint plures et innumerales res inter se admodū diuerse: nō est tamē nisi vnus ordo inter eas: et ad vnū aliqđ referūtur. Ascendūt enim de gradu in gradū: et ad id quod dignius cūcta contentiūt. Videmus enim quoniā elemēta plantas subintrāt et nutriūt et fructiferas reddūt. Fructus uero fruges et herbe intrāt animalia et ea nutriūt. Carnes aut̄ aialium hominē cibant: et ad incremēta perducūt. Corpora quoqz celestia ut sol et luna cōtinue influunt in ista inferiora: et ministrant eis vigorem: calorem: et lumen. Quia ergo vnus est omniū ordo: vnus est etiam omniū ordinator: moderator vnus et artifex: qui tas diuersa vno ordine sociauit. **Th̄icus.** Libens assentior. Nam et elementorū contrarie qualitates nunq̄ possent vno ordine ad inuicem pacifice sociari: nisi esset vnus solus moderator:

Quō tantū vnus est de  
us



## Dialogus

qui omnia ordinaret. Uideo preterea innumerabiles rerum naturas ad vnam solam tendere naturam specificā hominis vt eam in esse conseruent. Currūt ergo omnia ad vnitatem. ad bonitatem. ad fortitudinē. ad conseruationem. Ex hīs colligo humanā naturam tendere debere ad vnam solam naturā sibi superiorē et dominantē. cui debet ministrare: colere: inherere. Vna ergo et sola est supra hominē natura: quā deum et dominatōrē et rerum principem nominamus. ¶ Ray. Probe me intelligis. Sed hunc rerū omnīū principē deū nō vnū esse specie: sed vnū numero necesse est vt agnoueris. ¶ Būic? Vehementer assentior. Decet em̄ eas naturā que supra hominē est nō solum vnā esse: imo magis vna q̄ sit humana natura. Sed in humana natura reperitur vnitas specifica: ergo diuina natura est i indiuiduo vna: aliter nō esset magis vna q̄ sit humana natura. ¶ Restat igitur hoc inferendū: q̄ sicut omnes nature triū graduū inferiorū cum humana natura colligantur: ita humana natura (que est vna sola specie) colligata est cuidā superiorī nature que tota est vna numero. Et sic mūdus tot⁹ in vnū collectus finitur et consummat in summa ac simplici vnitate: qua nulla potest maior estimari. Non est igitur nisi vnus solus deus et in simplici indiuiduo vnū numero. ¶ Ray. Luculenta assertio tua: efficacior tamē erit si afirmes non solum vnū deū esse: sed et impossibile esse plures deos. qđ tali ostēditur ratione. Si em̄ essent plures aut essent inter se cōtrarij aut amici. Si cōtrarij: nulla ratione rerū ordo ad vnitatem conflueret nec diu pacificus perduraret. Si vero inter se fuerint amici: aut sunt sibi mutuo necessarij: aut vnus sufficit sibi. Si dixeris

Qđ de⁹ est  
vnum nu  
mero

Qđ impos  
sibile est et  
se plures  
deos



eos sibi necessarios vt alterius ope alter indigeat: tunc per se quisqz est impotens: imbecillis: inscius: ignauus: 7 sic nulla poterit esse rerū creatio: nec moderatio: sed 7 cōseruatio quidem. Si vero vnus per omnia sibi sufficit superfluū est igitur alterū ponere. Sed nec rerū natura id vllatenus admittit. Non enim opus est gemino sole: neqz vt homo duo capita habeat: cum vnū sibi sufficiat.

**¶** *Bñicus.* *Lō* incipio rationē. **¶** *Ray.* Concipias etiā necesse est hunc deū actu esse infinitū. Si enim humana natura est infinita possibilitate: quia quantum ad se attinet multiplicabilis est in infinitū. Adare enim existente 7 semina nihil obstat quin tertius generetur. Ignis quoqz si apponas cōbustibile: crescere potest in infinitū. Si ergo hec sunt possibilitate infinita: sequitur qd natura diuina (que facta nō est: 7 est omniū maxima) erit actu infinita: quia inter actū 7 potētiam nullū est dare mediū. Et qz hec natura non potest multiplicari per indiuidua relinquitur qd in vno indiuiduo est actu penitus infinita **¶** *Bñicus.* Adirabile ex hac nostra disputatiōe de deo lumen concipio. **¶** *Raymūdus.* Maiora videbis cum tibi cepero demonstrare ex hijs quattuor prefatis gradibus deum habere esse: viuere: sentire: 7 intelligere. **¶** *Bo minimus.* Oro vt mihi octus ista demonstres.

*Deus est actu infinitus.*

**Quomodo deus habet esse viuere**

sentire 7 intelligere.

Capitulū tertiū.

**¶** *Raymūdus.* Cum certissima ratiōe constet deum cūcta creasse: 7 esse 7 viuere: sentire 7 intelligere humane cōtulisse nature. Qui ergo hec alijs benefica manu concessit: multo magis in semetipso



## Dialogus

et vivit: et sentit: et intelligit. Non enim hec alijs conferre posset si in se vacuus esset. Et hec quidem in genere raptim dicta sint: nunc specialius quomodo deus esse habeat insinuemus. Esse dei nec habet exordium a nihilo: nec ab alio: nec ab ipsomet deo. ¶ **Bernardus.** Tria hec que nunc enumerasti: da operam rogo ut expressius manifestes. ¶ **Raymundus.** Dixi deum non accepisse esse suum a nihilo nec ab alio quocumque: nec a seipso. Non a nihilo: quia non ens nihil producit, nihil constituit. Non etiam ab alio quolibet superiore vel priore: quia tunc vere deus creatura esset non creator, factura: non factor. Non etiam habet suum esse a semetipso: ita ut sibi ipsi tribuerit esse quod habet: quia tunc aliquando esse non habuisset: quod absurdum est dicere. Non refragaris puto. ¶ **Bernardus.** Credo vera esse que dicis. ¶ **Raymundus.** Considera nunc preclaram esse dei conditionem. Unde quia deus esse suum non recepit ab aliquo nec a seipso, ideo non recipit multitudinem, conjunctionem, compositionem, diversitatem. Sed et simplicissimum: purissimum: indivisibile et summe unum. **Beatus** preterea est suum esse: et totum esse: a quo non esse longissime separatur. Omnia nempe que preter deum habent esse: habent non esse sibi coniunctum deus vero in infinitum a se abigit non esse: et ante se et post se. Et ideo deus est ens interminatum, infinitum, eternum, sine principio, sine fine. Et quia esse dei excludit a se omne non esse: idcirco continet in se quicquid pertinet ad esse. Atque ideo infinitos gradus et rationes et modos essendi intra se complectitur. Sicuti si esset aliquis numerus actu infinitus: hic infinitas numerorum species in se veraciter contineret. ¶ **Bernardus.** Intelligo preclare ac magnifice cuncta que loqueris, quia nisi dominus deus noster infi-

Quo deus  
habet esse.

Deus infinitos in se  
retinet essendi modos



nitos essendi modos intra se cōcluderet: posset augeri ⁊ crescere in hīs q̄ nō haberet. nec esset p̄pletus nec perfectus deus: essetq; nō ens sibi p̄iunctū: qđ impiū est asserere. ¶ Relinquit ergo qđ de⁹ est ens actu altissimū: cōpletissimū: perfectissimū ⁊ maximū. Est p̄terea immutabilissimū. qz si mutaret haberet nō eē loci ad quē. ⁊ ideo est in omī loco: in omī tēpore: nō habēs p̄teritū neq; futurū. sed tantū esse p̄sens. idest nihil noui ac̄rere pōt: nec perdere q̄c̄p̄. Est igit̄ deus fons ⁊ mare essendi infinitū: sine mēsurā: sine termino: sine fundo. ¶ Raymū⁹ dicit. Puto te etiā intelligere vt qm̄ diuina eēntia excludit a se omē nō esse. ideo nō posse eē plura entia infinita. Si em̄ due essent infinite substātie: esse vni⁹ nō esset in altero. et sic neuter deus esset p̄fect⁹ ⁊ infinitus: cū vterq; haberet sibi p̄iunctū nō esse alteri⁹. P̄terea qz de⁹ abijcit se omē nō esse. ideo debilitas: impotētia: ignorātia longissime ab eo remouent̄. Tenemus ergo deū summe esse virtutis. potestatis. sapiētie ⁊ maiestatis: cui vni soli creandarū rerū potētia tribuat̄. ¶ Bñicus. Habēt hec q̄ dixisti ex p̄cedētib⁹ consequētia. vnū tamē abs te intra se p̄tinet oē esse. Sequit̄ ergo qđ de⁹ habet in se eē terre. esse aque: esse aeris ⁊ ignis. esse quoq; asini bouis leonis. Sed nūquid deus terra est: aut aer: aut ignis: aut asinus: aut leo. quis sane mētis ista dixerit. ¶ Raymū⁹ dicit. ffacile respōdeo. Duplex est esse terre. aeris. ignis omīq; rerū conditarū. Vnū qđ in se habent ⁊ in natura p̄pria quā videm⁹. Aliud qđ in suo habēt conditore: qđ videre nō possum⁹. ¶ Res ergo create iuxta esse qđ habent in sua natura nullatenus sūt in deo. qz esse dei tale esse ha-

Quō nō pos-  
sūt esse plu-  
ra entia in-  
finita.

Quō deus  
in se habet  
omne esse  
qualiter o-  
mnia sunt  
in deo



## Dyalogus

bere nō potest: cū sit ipse incōpositus: indiuisibilis: im-  
mutabilis. eternus. Omnia autē creata de se sunt corru-  
ptibilia: cōposita: mutabilia: finita. taliter ergo nō sunt  
in deo. Sed quoniā deus habet in se omne esse: ideo oēs  
res create sunt in deo vt in suo creatore: moderatore: cō-  
seruatore. *Cape manifestū exemplū. Domus quā tu fa-  
bricasti habet duplex esse. Vnū qđ extra videm⁹ in pro-  
pria natura: aliud quod nō videmus in mente artificis.  
Ita ⁊ de rebus creatis intellige.* ¶ *Dñicus. Sed si de-  
us abijcit omne nō esse: ideo nullū esse potest extra deum  
haberi. sed creature habēt (vt certū est) esse reale extra  
deū. ergo vel tale esse est etiam in deo: vel de⁹ non habet  
omne esse.* ¶ *Raymūdus fortiter me premis. Prīmū  
dico: separa mihi ab omni re creata omne cōpositū: omne  
corruptibile. omne finitū. mutabile. caducū. diuisibile:  
⁊ breuiter omne quod sonat imperfectionē atq; indigen-  
tiā. Quod dum feceris vide si nō tunc omnia creata sunt  
in deo: immo ipse de⁹. Habet ergo deus omne esse reale  
rerū intra se. seclusa tamen a rebus omni imperfectionē  
que deo perfectissimo admisceri nō potest. Dico secūdo  
omnia entia esse in deo sūm triplicē cause respectū. Exem-  
pli gratia. domus fabricata respicit primo suū artifices  
vt causam efficiētem. secūdo vt causam exemplarē pro-  
pter similitudinē quā in suo gerit opifice. Tertio vt cau-  
sam finalem propter quem domus ipsa sumpsit originē  
Pari modo de rebus creatis ⁊ suo conditore cogita: in  
quo sunt vt in sua causa efficiente: formali: ⁊ finali. non  
autē materiali. quia mūdus ex nihilo agente deo consti-  
tutus est. Est etiā mundus in deo vt in suo gubernatore  
pulsore. cōseruatore. propagatore.* ¶ *Dominicus. Ad*



futus sum respōsis tuis. at quoniā in rerū productione incidimus: oro te vt quomodo a deo mūdus pcreat⁹ sit breuiter edisseras. ¶ **¶** Raymūdus. **¶** faciā quod p̄caris. **¶** Primo noueris mūdum per modum artis a magno deo nō naturaneqz ex necessitate pductū. Nam ex quo deus habet arbitriū liberū. ideo omnia pducit intellectu ⁊ voluntate. Et qz mūdi pductio est artificialis: ideo nō est de natura sui opificis. Preterea sicut artifex pducit domū iuxta similitudinē quā gestat in mēte: ita ⁊ deus pulcrū pulcerrim⁹ ipse mūdū mēte cōtinuit: ⁊ simili imagine extra in esse constituit. Et sicut artifex ante pductionem habet in intellectu formā ⁊ similitudinē rei producēde: alias eā pducere nō posset. Ita deus nunq̄ extra se mūdus formaret: nisi ipsam ydeam mūdi prius in mēte sua teneret. At quoniā deus hanc similitudinē nō potuit aliūde ab aliquo extrinseco recipere. ideo ab eterno eam in suo retinuit intellectu. ac perinde mūdus est in deo eternus: atqz id ipm qd̄ deus. Verū quia esse dei est multo preclarius: digni⁹ ac nobilius q̄ esse mūdi extra pducti de nihilo. ideo digni⁹ ⁊ illustrius esse habet mūdus in deo q̄ in semetipō. Preterea sicut artifex ipse potest innumeras domus pducere per domū quā gestat in mente: ita de⁹ si veller infinitos adhuc mūdōs formaret ex mundi imagine quā retinet in corde. Et sicuti artifex meliori qua pōt industria ⁊ iuxta condignā exigentiā domū pducit. ita ⁊ deus mūdum quē condidit summā illi ⁊ cōdignā pfectionē donauit. Verū in hoc fallit exēplū artificis ⁊ cōditoris. Nam qm̄ artifex solā ponit formā in materia: nec tñ facit ip̄am materiā: ideo non necē est vt semp cū sua domo pmaneat. Potest em̄ dom⁹ persistere

Quo deus  
recreauerit  
mundum



# Dyalogus

ipso ruente. Et nō ita est inter creaturā 7 plastē suū. De  
us nēpe nō solū ponit formā in materia: s; 7 ipsas mate  
riā de nihilo producit. Idcirco mūdus necessariā habz  
cōtinuā presentīā dei: nec posset ad momentū vnū persi  
stere. sed per preceps iret in nihilū si suā illi deus subtra  
hat manū. Portat igit̄ deus robustissima manu sua mū  
dū vniuersuz: illū creās: illū moderās: conseruās: 7 ad  
finē debitū cuncta pducēs. Et qm̄ hic celsissim⁹ cōditōz  
cōtinue mūdum cōseruat 7 manu retinet ne ruat in ni  
hilū. ideo clare relinquit q̄ etiā continue mundū creat.  
sicut sol sine intermissione suos in aere radios format.  
Nisi em̄ incessanter sol a se radios diffunderet: radiozū  
claritas cōtabesceret. Ita 7 mūdus repēte deficeret si  
non continue a deo crearet̄ cōseruaret̄. ¶ **Bñicus.** Ex  
his q̄ docte nñc perorasti heresis peripatheticoz phoz  
facile conuellit: qui mūdum garrūt ab eterno fuisse. qđ  
si verū esset nunq̄ potuiss; a deo creati: nec egeret guber  
natiōe: cōseruatiōe: directione. Est ergo (vt tu asseris)  
in tēpore 7 de nihilo a deo pductus: nō necessitate: s; so  
la dei volūtate. dulcedine. bonitate. liberalitate. Bū er  
go respicim⁹ ad mundū quē in tanta maiestate de nihilo  
formauit. apprehēdim⁹ dñm deū nostrū fortissimū. oī/  
potentissimū. eternū. infinitū. incōmutabilē: ac summe  
vnū. immense maiestatis. glorie: ac celsitudinis. qui de  
nō esse vniuersa constituit: retinet: 7 moderat̄. Hinc ve  
hemēter exulto dū hui⁹ admirandi opificis me facturū  
considero. 7 cū de nihilo sim ab eo format⁹: principalioz  
tamē 7 dignioz pars sum vniuersi: sub ipso rerū omniū  
caput 7 dñs. Gaudeo igit̄ 7 tibi raymunde gr̄as maxi  
mas habeo: q̄ me in id perduxisti vt nouerim me habere

Deus sem  
per ē omni  
creature su  
e necessari⁹

cōseruat

imp  
locuti



tā nobilē: tā sublimē: tā beneficū creatorē: qui me cū nō  
esses nobiliter creauit: creatū vō p̄seruat: regit 7 dirigit  
Et nūc vnde paululū digressi sum⁹ ocius reuertamur.

**Sicut deus habet esse: ita habet**

7 viuere: sentire: 7 intelligere. Capitulū. iiii.



**A**ymūdu. Animaduertisti q̄ fructuosus tibi  
fuerit excursus n̄r: verū vt hortaris sicut pau-  
lo ante de esse dei dixim⁹: ita nunc quomō deus  
viuere habeat disserem⁹. Sicuti per esse mūdi qd̄ cerni-  
mus arguim⁹ aliud esse qd̄ nō cernimus: sic per ea q̄ vi-  
demus in mūdo viuere: deū viuere manifeste colligim⁹  
Nunq̄ enī mūdu viueret nisi deus ante vixisset. Pre-  
terea cū deus necessario habeat esse: habeatq; quicqd̄ cō-  
uenit cū esse: cū esse dei separet a se om̄e non esse. ideo ne-  
cessario habz 7 viuere: qz viuere conuēit cū esse. Viuere  
enī ipsuz esse nobilitat 7 illustrius reddit vt videmus ad  
oculū in creaturis. Si em̄ deus haberet esse sine vita: sen-  
su: 7 intellectu: tūc esse dei nō includeret om̄e esse. qz vi-  
ta sensus 7 intellectus sunt res reales: q̄ ab infinito esse  
separari nō possunt. Et ideo manifeste colligif: vt qz ha-  
bet esse: habet necessario 7 viuere 7 sentire 7 intelligere.

Qd̄ viuere  
et intelli-  
gere in deo  
idem sunt.

**B**ñicus. Nihil verius: sed qz deus est ens simplicissi-  
mū 7 summe vnū: sine p̄positiōe: sine diuisione. ideo vi-  
uere dei est oīno idē qd̄ suū esse. nec sentire aut intelli-  
gere quicq̄ aliud sunt in deo q̄ viuere. Et qz deus est suū  
esse: 7 esse dei idem est qd̄ deus: ita deus est sua vita: suū  
sensus: suus itē intellectus. Et quēadmodū deus exclu-  
dit a se om̄e nō esse: om̄e. s. nō est negatiuū: 7 nō esse pri-  
uariuū: ita excludit om̄e nō viuere: nō sentire: nō intelli-



## Dialogus

gere. Et ideo ab eterno ⁊ in eternū deus viuit sine prin-  
cipio sine fine. Nō solus habet immortalitatē: qz sue ppe-  
tue vite nō pōt ascribi pmutatio: nulla fieri additio: nul-  
la alteratio. et qz deus est sua vita: ideo est tota vita. nec  
est q̄c̄q̄ aliud q̄ ip̄amet vita. Hinc sequit̄ qz oē creatū vi-  
uit in deo: ⁊ ideo deo oīa viuūt: nec aliqd̄ in deo mor̄it̄.  
**Ray.** Pulcre admodū intelligis dictū nr̄i euāgeliste:  
qd̄ factū est in ip̄o vita erat. Nā ex quo oīa viuūt in deo:  
creature oēs q̄ nūc viuūt etiā ante q̄ in se viuerēt in deo  
viuebāt. Verū nūc de ip̄o sentire pauca dicam. Sicuti  
em̄ sensus in aiantib⁹ esse videm⁹: ita deū quoqz (q̄ sen-  
sum illis largit⁹ est) sentire cognoscim⁹. Preterea si de⁹  
habet oē esse: habz ⁊ sentire: qz sentire est esse ⁊ valde no-  
bile esse. id̄ nec̄ario est in deo. alioqn̄ non excluderet a se  
om̄e nō esse. Et sicuti de⁹ est suū eē ⁊ suū viuere: ita est ⁊  
suū sentire: qz viuere ⁊ sentire nō faciūt in deo vllā distā-  
tiā. Relinquit̄ ergo qz de⁹ audit: videt: odorat: sentit ⁊  
tāgit. Nō tñ eo modo quo id̄ aiantib⁹ puenit: sed inuisi-  
bilif̄ spiritualiter: realiter tñ. Ex his vero q̄ nūc de esse vi-  
uere: ⁊ dei sentire dixim⁹ puto te optime cōprehendere  
qd̄ de suo intelligere dicere debeam⁹. **Bo.** Cōprehē-  
do plane: nec̄ario em̄ sequit̄ vt q̄ homini intellectū tribu-  
it: cū is sit inter dei munera nobilissim⁹: ip̄e quoqz intel-  
lectū habeat oportet. ⁊ qz intelligere est esse: imo prestā-  
tissimū esse. id̄ si de⁹ habet om̄e esse: habz ⁊ intelligere.  
Preterea sicut esse dei est incōmutabile: nec p̄teritū reci-  
piēs nec futurū: s̄ presens solū. ita intellect⁹ dei nō dis-  
currit ab vno in aliud: s̄ sunt ei ab eterno p̄ntia oīa. Et  
sicut nō eget deus aliquo ad essendū: ita nullo indiget ad  
intelligendū. Quia v̄o eē dei est infinitū: ⁊ cōtinue suū

De sentiri  
re dei

De dei in-  
telligere





esse intelligit: ideo semp intelligit infinitū. 7 qz in suo eē tot⁹ est mūdus 7 q̄cqd̄ adhuc esse p̄t. intelligēs ergo suū esse: totū mūdū simul intelligit 7 q̄cquid p̄t esse. Et sicut in deo sunt oīa simul: ita simul oīa intelligit: videt 7 cognoscit p̄ suū eē tanq̄ per speculū vniuersale: qd̄ est oīm rerū coīs ydea. At vō qm̄ tantū est suū intelligere quātū 7 suū eē: iō cū sūma voluptate intelligit se habere eternū eē: eternū viuere: s̄ esse imortalē: oīpotētissimū: p̄fectissimū. 7 id verissime se eē qd̄ in veritate est. Et qz esse atqz intelligere in deo idē sunt: iō 7 se intelligere intelligit 7 sapere cognoscit. Pr̄terea qz de⁹ habet in se oē esse 7 oēs effendi gradus: intelligēs ergo suū esse intelligit simul infinitos existētie gradus. atqz ideo actu intelligit totū esse mūdi: 7 om̄es species: naturas om̄es: 7 indiuidua om̄ia. 7 quicqd̄ vnq̄ aut fuit: aut est: aut futurū est: aut esse potest. Vno ergo intelligentie obtutu terribilis ille maiestatis oculus videt: numeratqz totā harenā maris aquarū 7 pluuiarū guttas. oēs partes terre: 7 que in terra: aut in visceribus terre: aut in vndis 7 fluminib⁹ generatur. Om̄es itidē stellas celi: virtutes 7 cursus earū: oēs dies seculi 7 horas 7 momēta dierū: herbas 7 herbarū vires: arbores om̄es: fructus 7 frondes: semina 7 grana om̄ia. Hominū quoqz demonū 7 angeloz cogitationes: intentiones: desideria: opera: 7 verba singuloz. Om̄ia videt: omnia nouit: om̄ia discutit: 7 quicquid abditissimū est clarissime comprehendit. Om̄ia em̄ nuda et aperta sunt oculis ei⁹. Ex hīs manifestissime lucet dei intelligētiam: dei noticiā infinitā esse: innumerabilē: in cōprehensibilē. ¶ Ray. Cum ingenti gaudio te hec audio differentē. Optime cōprehēdis incōprehensibilem



## Dialogus

esse dei essentiã: vitã: sensum: atq; intellectũ. q̄ q; in deo  
vnũ sunt: qui vnũ ponit oia ponit: 7 qui vnũ tollit omnia  
tollit. Qui enĩ dicit deũ nõ intelligere: negat 7 deũ esse.  
Et quia ens verũ 7 bonũ cõuertitur: qui negat deũ esse  
negat deũ 7 bonũ 7 verũ 7 iustũ esse. Sed patere queso  
vt paululũ longius teptrahã. ¶ **Dñic.** Patior qd̄ vis.  
¶ **Ray.** Vides ne igitur ex hijs q̄ iam diximus manife-  
ste sequi vt cõsequẽter dicamus deũ incorporeũ esse 7 li-  
berũ habere arbitriũ. ¶ **Do.** Per rimas (vt aiunt) hec  
vt cũq; video. o; tamẽ vt palam mihi ista demonstras.  
¶ **Ray.** Diximus supra idẽ esse in deo intelligere. senti-  
re. viuere 7 esse. sed intelligere est spũale: ergo 7 sentire  
7 viuere 7 esse in deo penitus est spũale. Est ergo deus  
natura spũalis: incompositus: impartibilis: simplicissi-  
mus. Hinc sequit̄ q; deus est incorporeus: impalpabi-  
lis: inuisibilis: nec aliquo sensu corporeo perceptibilis.  
¶ **Do.** Hinc pulcre elidit̄ heresis antropomorphitana  
q̄ asserit deũ habere humani corporis effigiẽ: hoimq; 7  
iuxta hanc mēbroz suoz descriptionẽ ad suã imaginem  
condidisse. Hunc errorẽ nequissimus impostor machos-  
metus i suo alchorano: 7 iudei in suo libro quẽ thal mud  
vocat̄ lōgissimis fabulis psequuntur. Nos vero qui sci-  
mus qm̄ spũs est deus: ipsum in spiritu adoram. Hinc  
deus optimus: maximus homini intellectum cõtulit: a  
quo solo põt cognosci: diligi: reuereri. Horũ gratia ho-  
mo post mortẽ accipit deũ pro munere: inuisibilẽ: immẽ-  
surabilẽ: incapabilẽ. Intellectus em̄ humanus a deo no-  
bilis est: vt non possit caducis 7 visibilibus bonis mune-  
rari. 7 ideo bona intellectus sunt spiritalia: eterna: infi-  
nita: semper permanencia. Hunc de secũdo scilicet q; de

Qd̄ de est  
ens spũale



us habeat liberū arbitriū ocius exponere.

**Quod deus habet volūtatē et liberū arbitriū.**

Capitulū quintū



 bet 7 a quo habet 7 qđ cetera res habēt : 7 p̄pter quid ha  
 bēt : hinc iam suā cognoscit dignitatē. intelligit quāti eū  
 suus cōditor estimarit : qui eū p̄re ceteris nobilē 7 capa  
 cē ratiōis p̄didit : ceterisqz oibus quasi p̄ncipē ante tu  
 lit : 7 cūcta suis pedibus substrauit. Hec hō cognoscēs  
 si gratus est gaudet : tripudiat : gloriat̄ : 7 factorē suū di  
 ligit : venerat̄ : honorat pro hīs q̄ accepit : 7 que res ce  
 tere pro ip̄so acceperūt. ¶ **Bo.** Quātuz intelligo tu cu  
 pis ostēdere hoīem obligari deo : 7 pro hīs q̄ accepit in  
 semetip̄o 7 pro rerū cōmodo creataz. ¶ **Ray.** Plane id  
 cupio. Nō em̄ debet hō nec stolidus nec ingratus esse oim̄  
 cōditori : sed imensas agere gr̄as pro innumeris benefi  
 cijs q̄ in se 7 in subiecta sibi creatura suscepit. Nam ex  
 quo de<sup>o</sup> soli dedit hoī cognoscere quid in se : qđ in alijs ac  
 cepit. inde obligat eū gratū debere esse 7 pro suis bonis  
 7 pro alienis. P̄sertim cū ea bona q̄ in cetera creatura  
 sunt magis homini necessaria aut cōmoda sunt q̄ sibi.  
 Nā si voles diligētē inspicere : deus oēs res inferiores  
 nō p̄pter seip̄as vel p̄pter hoīem instituit. Cōdita enim  
 sunt oia vel p̄pter hoīs necessitatē : vel vtilitatē : vel sola  
 cū : vel doctrinā : vel gaudiū. At nunc qz sunt oia p̄pter  
 hoīem : ideo oia solus accepit hō : 7 cūcta faciūt vnū cor  
 pus cū hoīe 7 vnū regnū : cui<sup>9</sup> 7 ip̄e caput 7 rex est. Hinc  
 tenet solus suo largitori gr̄as agere : obsequi : inherere :

¶ Nō obli  
 gatur deo  
 pro se 7 pro  
 creaturis.



## Dialogus.

diligere collaudare. ¶ **Bo.** Nūc ipsas obligationē hoīs manifeste concipio. Nā ex quo creature nihil pro se sed p̄ solo hoīe acceperūt. iō solus homo q̄cquid vsq̄ in vniuerso est noscīf accepisse. **Dia** ergo in trib⁹ cōcludi p̄nt: scz. in largitore. in munere: 7 in accipiēte. S3 vbi ē munus dātis: ibi est 7 beneficiū accipiētis: atq3 inde neccārio ad accipientē naturalis oriz obligatio ad suū largitorē. p̄sertim si ip̄e largitor munera sua libere: volūtarie: 7 nulla necessitate distribuit. 7 si is q̄ accipit ipsis munerib⁹ carere nō possit. ¶ **Ray.** Recte tu quidē. S3 nūc inquire an hō dei muneribus carere possit. Et paululū de ipsis donis q̄ in seip̄o hō accepit racement⁹: exteriora creaturaz munera cogitem⁹. Nā q3 hō aiā h3 7 corpus: 7 iō oīs creatura est ad bonū aiē hoīs: vel ad bonū corpis ei⁹. Et primo aiā aduerte quō oīa seruiūt corpori vel ad neccātem: vel oblectationē: vel ad cōmodum vel adiutoriū. Mōne hō indiget neccārio q̄ttuor elemētis: ex quib⁹ 7 cōstituit. nutrit. cōseruat. Mōne hō indiget sole: luna siderib⁹: plātis: frugib⁹: arborib⁹: pisciū 7 aiāliū carnibus. Cogita hoz oīm absentīā: 7 vide si sine hijs hō posset in vita durare. ¶ **Bo.** Agnosco bñficiū. ¶ **Ray.** Si beneficiū agnoscis: agnosce 7 bñficij largitorē. Nā oīs creatura tibi clamat: accipe 7 redde. Accipe bñficiū: redde debitū. **Celū** dicit **Administrato** tibi lumina 7 v̄tutes siderū 7 planetaz: tēporū vices 7 varietates. **Hinc** tollo fastidiū: ingero delectamentū. **Aer** dicit. **Lōico** tibi flatū vitalē: 7 oē genus volucrū tibi in cibū 7 solaciū mitto. **Aqua** dicit. **Ego** te potō. sordes diluo. terras tuas plātas atq3 arbores irrigo 7 fructiferas redde: 7 varios pisces tuis faucib⁹ administro. **Terra** dicit. ego te porā

Qd omnes  
creature si  
uūt homi  
ni quarum  
seruitio ca  
tere nō po  
test.



to: te nutrio: pane: vino: oleo: frugib⁹: pomis: ⁊ aiantib⁹  
 mēsas tuas repleo. Mūdus tot⁹ magnis tibi vocib⁹ cla  
 mat. Vide quō te meus p̄ditor amauit: q̄ p̄pter te me t̄i  
 bi fuire p̄pellit. q̄ fact⁹ suz p̄pter te vt tu seruias illi q̄ te  
 net me p̄p̄ te: ⁊ te p̄pter se. Si sentis b̄nificiū redde de  
 bitū. ¶ **Bo.** Satis nunc ostēdisti quō creature seruiūt  
 humanis corpibus. at nūc ostēde quō seruiūt ⁊ aiabus.

## Quomō om̄ia seruiūt anime humane.

Capitulū. xvj.



**A**ymūdus. Ex magnitudine: ex pulcritudine:  
 ex dulcedine ⁊ bonitate creaturaz facile mens  
 hūana cognoscit q̄ magnus: q̄ pulcer: q̄ dul/  
 cis: q̄ bonus harū creator existat. Inuisibilis enī deus  
 per ea q̄ facta sunt intellect⁹ p̄spicitur. sempiterna quo/  
 q̄ vtus ei⁹ serenitas ⁊ maiestas. Preterea dū hoc p̄side  
 rat q̄ quicq̄d in creaturis aut pulcrū: aut serenū: aut vir  
 tuosus est: nō id ipsiis p̄pter se s̄ p̄pter hōiem esse colla/  
 tū: ingēri gaudio cor ei⁹ p̄fundit ⁊ in laudē resoluit op/  
 timi cōditoris. Preterea dū videt hōmo oēs alias crea  
 turas in suū obsequiū deputari: suā recogitat dignitatē  
 nobilitatē: stupet: mirat excellētiā. Hinc itelligit se dili  
 gētia suo cōditore ⁊ magnipēdi q̄ se talē fecit: ⁊ lōgissime  
 om̄ibus ante tulit. hoc gaudio hoc fructu hō priuaret si  
 solus sine ceteris p̄dit⁹ esset creaturis. Preterea dū se hō  
 p̄parat ad alia aiantia quib⁹ ⁊ vivere ⁊ sētire collatū est:  
 tūc suā facile cognoscit ingenuā excellētiā q̄ a celesti de  
 missus traxerit arce. cui⁹ egēt p̄na ⁊ terrā spectātia. mū  
 dī p̄ncipio idulsit cōis p̄ditor ill⁹ tm̄ aias: nobis aīm quo  
 q̄ ⁊ hunc rōnis capacē: immortalē: inuisibilē. Preterea



res inferiores sunt humane menti ad maximam doctrinam.  
 Docet enim te bruta animalia quod finale et verum bonum tuum non  
 sit in rebus visibilibus et corporeis oblectamentis: non in ci-  
 bis et potibus et actibus venereis: quia hec bona corporalia sunt  
 et bestiis. Alia ergo bona prestolaris spiritualia. immortalia  
 sempiterna. Certe nunc vidisti quantum res create etiam con-  
 ferat humane menti. **S.** Vidi fateor et obligatiōis  
 magnitudinem non satis sufficio cogitare. **R.** Ampli-  
 us expauesces dum tibi hanc obligationem luce clariorē mon-  
 strauero. Radix obligatiōis oritur ex parte muneris ac-  
 cepti. Et quia ipsa munera multa et magna et nobilia sunt:  
 ideo et obligatio magna fit et copiosa nimis. Verum ut  
 melius agnoscas quantum fiet obligatio pro qualibet crea-  
 tura: tripliciter quolibet per se creaturam considera: videlicet  
 quantum valeat in seipsa: et quantum vna plus valeat alte-  
 ra: et quantum ipsa homini prestat et accommodet. Et quia  
 omnis creatura quicquid habet muneris pro homine accipit. id  
 non ipsa sed homo pro ea creatori astringitur. Et quanto ipsa  
 creatura est nobilior etiam et si minus sit homini necessaria tan-  
 to pro ea magis ipse obligatur. Multum debes deo tuo pro  
 terra que te sustinet non solum quia est: sed quia etiam tibi necessaria  
 est. Amplius tamen debes pro aqua quanto ipsa est terra no-  
 bilior et clarior. Multo amplius pro aere. pro igne. pro  
 sole. pro sideribus. pro plantis. pro animalibus. Pro his  
 omnibus maximas et multiplices debes agere gratias. Pri-  
 mo pro omnibus perfectionibus quas a suo opifice recepe-  
 runt. Secundo pro utilitate et necessitate quam tibi impartunt  
 Tertio pro dignitate et gloria qua cunctis premines creatu-  
 ris: que quibus magnam ingenuitatem habeant: multo tamen  
 te inferiores sunt. Et quia non cognoscunt se habere quod ha-

De magni-  
 tudine ob-  
 ligationis.

homo tenetur  
 agere gratias deo pro  
 his que crea-  
 ture in se  
 boni acce-  
 perunt.



bent: ideo nesciūt quid suo opifice debeāt. Verū qz ho-  
mo id solus agnoscit: 7 quotidie perfruit eaz beneficio  
idcirco homo tenet agere grās creatori: 7 eā illi beniuo-  
lentiā repēdere quā singule pro se creature tenentur: qz  
ipse solus id nouit 7 potest. Ut autē melius me capias  
hoc recipe exēplum. Si tu esses solus sapiens in ciuita-  
te tua: 7 ceteri omnes aut fatui essent aut pueri: 7 rex hi-  
spaniarū conferret toti ciuitati magnū aliquod benefi-  
ciū qd in singulis distribui necesse sit. nōne tu qui solus  
pre ceteris es sapiēs teneris agere gratias regi largito-  
ri: ne ingratitude populi pronocatus minas inferat ci-  
uitati? Quod si nō feceris 7 teipsum qui dignus es 7 re-  
liquos omnes miserabiliter perdis. At nunc cognosce in  
summa magnitudinē obligatiōis tue: considera dilige-  
ter multitudinē: diuersitatē: vtilitatē: necessitatē: no-  
bilitates 7 bonitatem omnium rerum triū graduū. Vide  
q̄ innumerabiles: q̄ nobiles sint res primi gradus. Vi-  
de nobiliozem gloriā rerum secūdi gradus. Vide quo-  
qz ingentē pulcritudinē 7 multitudinē rerū tertij gradus.  
Vide preterea omnium simul numerū sine numero. men-  
suram sine mensura. 7 ex infinita multitudinē 7 perfecti-  
one earū infinitā intellige hominis obligationē. Quid  
nunc animi habes. ¶ **Dñicus.** Video heu miserum ho-  
minē hīs beneficijs non tam leuari q̄ opprimi. ¶ **Ray-**  
mūdus. Opprimitur plane si gratus non fuerit 7 beni-  
uolus. ¶ **Dñicus.** Et quomodo poterit gratias agere  
tantas: tan immensas.

Nota sum-  
mam obli-  
gationis .

**Quo homo est etiā obligatus deo**  
pro hīs que accepit in seipso.

Cap. xvij.

d iij



## Dialogus.



**D**ymūdus. Audies hec postea. Interim que  
so diligenter aduerte quantū astringeris deo p  
hijis que accepisti in teipso naturalib<sup>9</sup> bonis: q̄  
sine cōparatione sunt ceteris oibus prestātiora. Acce/  
pisti em̄ esse: 7 viuere 7 sentire: 7 intelligere 7 corpus et  
animā. Si debitor es pro mūdo: multo amplius pro te  
ipso. 7 tanto amplius quāto tu mūdo es melior: nobili/  
or: prestātior. Adūdus em̄ totus ppter hoīem factus est  
cuius 7 cōmodis seruit 7 necessitatibus. ¶ **Bo.** Hinc  
facile intelligo hoīem fm̄ animā immortalem esse atq̄  
perpetuū: cū video tan nobiles tam preciosas 7 etiā im/  
mortales aliquas creaturas in obsequiū hoīs incurua/  
ri. Et q̄ is qui seruit semp̄ est suo dño minor: ideo si cre/  
ature nobiles atq̄ imortales seruiūt homini: necesse est  
sit homo multo nobilior: multo immortalior. Verū tu  
qd̄ cepisti prosequere. ¶ **Ray.** Obligat itaq̄ homo pro  
illo esse qd̄ accepit: qd̄ quidē esse in immēsus plus valet  
q̄ esse omniū creaturaz. Nō autē tantū accepit esse: sed  
etiā formosum 7 pulcrū 7 artificiosus: cuius pulcritudi/  
nē sol 7 sidera obstupescūt. Obligat scdo pro sua vita:  
q̄ est multo prestātior q̄ oīm aliaz vita. Omnia em̄ ppter  
hoīem viuūt: ipse autē non ecōuerso. Obligat preterea  
p eo qd̄ habet 7 sensum 7 intellectū 7 liberū arbi. rē vti/  
q̄ gradissimā: dignissimā: singularissimā. Plus em̄ pon/  
derat liberū arbitriū: q̄ esse: viuere: 7 sentire oīm rerū.  
Nā ppter hoc oīa sunt pdita: oīa instituta. Habes ecce  
p̄ncipē 7 imperatorē totius create nature: 7 vide de/  
centissimā oīm rerū seruitutē. Nā esse viuere 7 sentire q̄  
sunt in creaturis sunt ppter esse: viuere: 7 sentire hoīs.  
Hoīs vero esse viuere 7 sentire suo seruit libero arbitrio

Obligatur  
hō deo pro  
suo esse qd̄  
est nobili<sup>9</sup>  
quā esse o  
mniū crea  
turarum.



Omnia ergo quae sunt in homine continentur laborant ut sedeat rex liber arbitrii: quod immortale est atque diuinum. Unde sicut omnia creata triu graduu habent nobilius esse viuere et sentire in ipso homine quam in seipsis: habent enim esse humanum in homine: et per hominem iunguntur libero arbitrio. ideo omnia creata respiciunt ad illud esse nobile quod habent in homine: quod et appetunt perpetuo seruare. Omnia ergo ordinantur ad hominem gradatim ascendendo: homo vero sine medio propter ipsum ordinatur arbitrii. Super omnia itaque sedet: imperat et dominatur liberum arbitrium. nec habet aliquid creatum supra se: sed solus creator deus illi praesidet: illud moderatur et continet. Est ergo liberum arbitrium nobilissima sedes dei: quod immediate deum attingit: deum continet et possidet in eternum. ¶ **Bo.** Vide obligationem hanc hominis magnam nimis: qua per liberum arbitrium astringitur deo: per quod hominem sustulit de gradu in gradum donec ipsum eleuet ad seipsum. Est enim liberum arbitrium imago et similitudo dei uiua diuinam exprimens gloriam et maiestatem. Per hoc enim est homo immortalis: intellectualis: eternus: et suo factori similis. Fateor itaque plus hominem obligari pro libero arbitrio quam pro toto quem possidet mundo. ¶ **Ray.** Non solum autem pro libero arbitrio sed etiam pro suo corpore debitor manet. Vide corporis tui sapientissimam et artificiosam fabricam omnia mundi corpora precellentem. Vide pulchram membrorum omnium copaginem et proportionem: omnia membra se inuicem iuuant: fulciunt: obsequuntur. Vide quam formosa sit facies: quam frons serena: quam lingua facunda: quam oculus serenus: quam manus preoptata: quam officiosus pes: quam omnia membra plana: necessaria: proportionata et pulchra. Vide staturam corporis in sublimem porrectam. Proxima enim cum spectet animantia cetera terram: os homini sublimem dedit: celumque videre iussit: et erectos ad-

nota dignitate li. ar.

homo obligatur deo pro suo corpore



## Dyalogus.

sidera tollere vultus. Vide preterea quãti quodqz mē/  
brũ precij sit: valoris ⁊ necessitatis. Tollens enĩ vno ca/  
rere pede aut manu pro toto vniuerso. Qui tibi oculum  
redderet excussum aut dentẽ aut aurẽ: semper illũ maxi/  
mo fauore diligeres. Hinc pensa quãtũ abs te diligi de/  
bet factor tuus. q̄ non vnũ tantũ sed vniuersa tibi mēbra  
cõpegit. distribuit. ordinant. ¶ Bo. Satis intelligo  
plus me debere optimo creatori pro meo corpore q̄ pro  
oibus que extra me sunt innumeris beneficijs. ¶ Ray.  
Si tantũ debes pro corpore qd caducũ est atqz mortale  
q̄tum putas pro nobilissima ⁊ semp victura aia te quo  
qz debere. Infundit em̄ pulcro corpori tuo aiam pulcer/  
rimã deus q̄ possit ipsum ⁊ sua organa plere. viuifica/  
re. mouere. dirigere. moderare. Sicuti enĩ corpus ha/  
bet multa mēbra ⁊ organa admodũ distincta: ita ⁊ ani/  
ma ornata est ⁊ dotata varijs virtutib⁹. potestatib⁹ et  
officijs naturalibus quibus corporis organa moueant⁹  
⁊ in suas actiones destinentur. Videm⁹ q̄ in vnoquoqz  
regno sunt inferiora officia: vt officia agricolaz: merca/  
toz: opificũ. Sũt ⁊ media officia ⁊ multo his digniora  
vt militũ: iudicũ: comitũ ⁊ baronũ. Sunt quoqz ⁊ dig/  
nissima officia. vt consulũ ⁊ senatorz qui regi consulũt ⁊  
assistũt. Pari modo in regno aie humane sunt infime vir/  
tutes: vt est nutritio: augmẽtatio: generatio. que se ha/  
bẽt instar colonũ: mercatorz: ⁊ opificũ: qui sustinẽt ⁊ la/  
borant pro toto regno. Iste tres virtutes p̄tinẽtur sub  
vna potestate generali q̄ virt⁹ vegetatiua nuncupat. Et  
habẽt secũ als adhuc q̄ttuor vtutes. s. virt⁹ appetitiua  
cui⁹ officiũ est cibũ desiderãter attrahere. virt⁹ retenti/  
ua cui⁹ est cibũ retinere. virtus digestiua cuius est cibũ

¶ nõ obliga  
tur pro ani  
ma.

Nota hic  
varia ani  
me huma  
ne officia.



coquere. 7 virtus expulsiua cui<sup>9</sup> est superflua reijcere 7 bonū chīmū in oīa mēbra trāsmittere. Sunt sc̄do altiores hīs virtutes 7 potestates in aīa: vt est potētia qua vīdemus: audim<sup>9</sup>: olfacimus: tāgimus: gustam<sup>9</sup>. Visus apprehēdit oēs colores: figuras lucis 7 radioꝝ pulcritudines. Audit<sup>9</sup> oēs sonos: 7 voces: 7 armonias sonorūq; 7 vocū differētes psonātiās. Olfact<sup>9</sup> oēs odores quoz nō est numerus. Similiter de tatu gustuq; dicendū est. Inter has tamē sensitiuas potētias est quedā dignitas. Nam vsus melior est auditu: quia remotius solemus videre q̄ audire: 7 audire q̄ odorare. Gustus autē 7 tactus sunt ceteris segniores: eo q̄ obiectū volunt habere consūctus. Sūt quoq; tertio p̄ter has occultiores 7 nobiliores virtutes q̄ habēt organa interiora in cerebro: vt sunt sensus cois: imaginatiua: fantastica: estimatiua: memoratiua. Quarto post istas est in aīa virt<sup>9</sup> motiua de loco ad locū: quā a capite phisici dicūt pcedere. Per hanc aīa dilatatur: extenditur: constringitur: erigitur: attrahit sua mēbra. Quinto post istū statū virtutū 7 officioꝝ que habēt cum organis corporeis cōiunctionem 7 cum carne operātur: sequit<sup>9</sup> in regno anime alius quidā stat<sup>9</sup> virtutū 7 potestatiū omniū nobilissimus quibus competit omne moderamen virtutum precedentiū. Sūt em̄ in anima due altissime potestates que habent distinctas inter se operationes ab organo corporeo penitus separatas que sunt intellectus 7 volūtas. Intellectus cōsultat iudicat: discernit. Volūtas tanq̄ imperialis maiestas p̄cipit: imperat: 7 ad executionē cōsultra demādat. P̄ter has virtutes naturales quibus aīa decorata est pōt insup de nouo ornari 7 vestiri moralibus 7 gratuitis bo



## Dialogus

nis: et per gratiam sui creatoris: et per industriam proprie sollicitudinis. ¶ **Bo.** Animaduerti acriter ingenio cuncta que de aere officijs ostendisti: et video hominem multo amplius quam prius suo opifici debitorum fieri. Adunera enim ista que in aera homo suscepit: inestimabile illi conferunt dignitatem.

**De magnitudine obligationis ex parte dantis et recipientis.** Ca. xviii.

**B**ymū. Satis nunc audisti nisi fallor quantum deo astringeris ex parte innumerabilis muneris. audi etiam quid debeas ex parte largientis dei: et ex parte hominis recipientis. ¶ **Bo.** Undique me niteris complicitum retinere ut nusquam mihi diffugium pateat. ¶ **Ray.** Vtinam tanta tibi beneficiorum vincula possim iniungere ut in reliquum non possis a tuo muneratore diuelli. Verum nunc respice diligenter voluntatem: affectum: et liberalem munificentiam domini dei tui: et copiosissimum te intelliges debitorem. **D**uo in genere sunt munera creatoris: unum visibile et manifestum: aliud inuisibile et occultum. Bonum manifestum est mundus: et qui quicquid in se retinet minor mundus scilicet homo. Bonum occultum est amor dantis qui est inuisibilis. Primum tamen donum quod homini contulit deus: est suus amor: qui radix est et fundamentum omnium donorum. Hanc hec externa dona multa et magna signa sunt maxime et ardentissimi ad nos amoris dei. Cogita nunc queso ex magnitudine omnium donorum infinitam amoris magnitudinem. Et quia deus totum mundum condidit propter hominem: ideo primo dilexit hominem et omnia alia propter hominem. et ita in alijs creaturis non dilexit nisi hominem quem super omnes exaltauit: ornauit: nobilitauit. Verum quia amor dei excedit in infi-

duo sunt munera  
nera creatoris  
unum  
apertum aliud  
occultum  
scilicet amor.



nitū omnia dona creata. Ideo deus cū dedit homini suū  
 amorē dedit ei mun' infinitū: inappreciabile: inestima-  
 bile. Certe vidisti obligationē omniū maximā. Quia  
 igitur amor dei ad hoīem est purissimus: ardētissimus:  
 sincerissimus: summe liberalis: 7 mere gratuitus: ideo  
 sine vlla cōparatione plus est obligatus homo pro solo  
 amore dei: q̄ pro vniuersis extra susceptis. Hec em̄ oīa  
 7 si multa sint: tamē finita sunt. At amor dei est fundit'  
 infinitus. ¶ **Bo.** Libēs suscipio hoīem sic amari: s; ob-  
 ligatiōis magnitudinem expauesco. ¶ **Ray.** Diximus  
 obligationem ex parte largientis: nunc eam intellige ex  
 parte recipientis. Largarior omnū bonorū deus munera  
 sua homini contulit ex libera 7 gratuita bonitate. s; ho-  
 mo ea recipit ex mera necessitate. Velit enim aut nolit  
 necesse habet sibi assumere dona dei: sine quibus nec ad  
 momentū poterit permanere. Nunquid ea tu poteris re-  
 futare? Nunquid potes dicere deo: nō opus habeo sole  
 tuo: non opus aere: aqua: terra. munera tua alteri lar-  
 gire: ego ea amplius nō recipio. Si vides ergo ineuita-  
 bilem hoīs necessitatē: agnosce 7 obligationē. Agnosce  
 quantū debeas amico optimo 7 fidelissimo: qui te con-  
 tinuo in esse conseruat: qui tuis necessitatibus 7 cōmo-  
 dis sua dona ministrat. ¶ **Bñicus.** Agnosco obligatio-  
 nē infallibilem: indelebilem: perpetuā: immortalem: et  
 cartā insolubilem digito dei in qualibet creatura cōscri-  
 ptam: quā dum lego nō possum maximū me debitorem  
 nō agnoscere. Sed quousq; animā meā defatigas 7 nō  
 dicis mihi quid pro tantis beneficijs refundere debeam  
 creatori. Erubesco ingratus inueniri: sed quomodo sa-  
 tis gratus efficiar nondum intelligo.

de maxima  
obligatiōe  
ex parte a  
moris dei.

Obligatio  
ex parte re-  
cipientis.



## Dialogus

**H**ic ostenditur quid homo refundere  
tenet pro acceptis beneficijs: suū. s. amorē. *Lapi. xix.*



**D**ymūdus. Ecce iam incipiam satisfacere vo-  
tis tuis. Sed dicitis mihi. Credis etiā homi-  
nem habere aliquid tale quod possit deo retri-  
buere in recōpensam condignā tantorū bonorū. **Bo.**  
**C**redo equidem. nunquā em̄ equissimus deus (qui homi-  
nem perdere nō vult) tantis eum beneficijs cumulasset  
nisi nosset penes hominē residere aliquid quo suam pos-  
sit soluere obligationē. Alioquin in suam vltimā ruīnam  
hec illi essent munera collata: quod de optimo largitore  
nefas est credere. **Raymūdus.** Ita queso sic senti de  
dño in bonitate. Habet ergo aliquid homo quod redde-  
re possit et debeat ne iudicetur ingratus. Non hoc erit  
mūdus iste: quia nō est propriū hoīs bonū. Non ipsū  
hoīs corpus: qz per violentiā ab eo auferre pōt. Omnia  
em̄ que extra aiām hoīs sunt: sua sunt. qz caduca et morta-  
lia sunt. Verū quia recōpensatio debet correspondere  
amori largientis. amor autē largientis est immortalis  
spiritualis: inuisibilis: ita id qd homo retribuit suo da-  
tori debet esse immortale: spūale: inuisibile: sincerū: pu-  
rū: et in sua potestate integre cōstitutū. Hoc autē est libe-  
rū arbitriū. nō autē intellect⁹ liberī arbitrii sed volūtas  
que sola est libera et spōtanea et sibi ipsi imperiosa dña. q̄  
sicut a nullo cogi aut impediri pōt: ita nec vllaten⁹ aufer-  
ri. Hec autē volūtas donū in se possidet mere: libez: et spō-  
taneū. s. amorē qui a volūtate procedit ortu spontaneo.  
Hūc amorē volūtas liberali munere deo dare pōt pro be-  
nificijs acceptis: nec quicquā amplius ab hoīe deus ipse

*Qd sol⁹ a-  
mor liberī  
arb. potest  
deo pro su-  
is muneri-  
bus satiffa-  
cere.*



repscit: Nihil aliud habet hō in se vere ppriū q̄ amorē  
 qui est totus thesaurus hoīs honorabilis. preciosus. li  
 beralis. perpetu⁹ ⁊ charissimus creatori. Inuenim⁹ igitur  
 rem quā maxime querebamus: qualis tibi queso vi  
 detur? ¶ **Bomī.** Res optima. prestātissima: ⁊ qd̄ pri  
 mū est homini facilima. Nūc bono animo efficiar. Ba  
 beo em̄ vnde retribuā dño p̄ oībus q̄ retribuit mihi. dili  
 gā. amabo. amplexabor. ¶ **Ray.** Mīno equissimū est  
 amori amorē repēdere. ⁊ liberalissimo sincerissimoq; a  
 matori deo liberale sincerūq; reddere amoris obsequi  
 um. Amor em̄ per se placet ⁊ p̄pter se: ⁊ p̄ ceteris ac  
 ceptus est deo. iocūdus. dulcis. amabilis. Licet em̄ de⁹  
 sit oīum verorū ⁊ pulcroꝝ bonorū ditissim⁹ possessor: nec  
 vlla re egeat. vult tamē ab hoīe munera amoris accipe  
 re q̄ semp̄ exposcit: q̄ ⁊ ambit ⁊ diligit. Amor quippe so  
 lus est per quē potest homo correspōdere suo amatori.  
 Si deus te arguit: aut irascitur: aut minat: tu illi iuste  
 nec irasci: nec minari potes. Sed si te amauerit tu iuste  
 illū reamare potes. nō tamē ex equo: cū amor dei sit in  
 finit⁹: tuus vero paruus est ⁊ mensurā habet. Debet ta  
 mē esse mūdissimus. integerrimus. sincerissim⁹ plenissi  
 mus. sanctissim⁹. Abhominat em̄ deus caducū: permi  
 ptū: corruptūq; amorē: qui suo purissimo amori respon  
 dere nō pōt. ¶ **Bo.** Nihil ista hac tua veritate verius.  
 ¶ **Ray.** Cognoscis nūc qz amorē tuū abs te exigit ama  
 tor deus. audī psequēter formā quō amare te oporteat.  
 Hāc amoris formā ⁊ a creatore ⁊ a creaturis potes ad  
 discere. Creator tuus p̄ ceteris creaturis magis te di  
 ligit: ita ⁊ tu p̄ ceteris tuū dilige creatorē. Itē crea  
 tor tuus oīa alia p̄pter te diligit: ⁊ tu oīa dilige p̄pter

Nota valo  
 re amoris.

Solo amo  
 re homo re  
 spōdet suo  
 creatori.

Quō amā  
 dus est de⁹  
 hāc formā  
 accipere a  
 creatore ⁊ a  
 creaturis.



## Dyalogus

creatorē. Itē creator oēs suas creaturas in tuū trāsmic  
tit obsequiū. tu vero q̄cquid habes optimū in illi famu  
latū expēde. Itē creator tuus te diligit infinito ⁊ perpe  
tuo amore. ita ⁊ tu illū semp dilige ex toto corde tuo: ex  
tota aīa tua: ⁊ tota mēte tua. Habes formā amoris de  
creatorē. nūc eandē formā recipe a creaturis. Creature  
impendunt tibi suū beneficiū ⁊ obsequiū de optimo qd̄  
habēt ⁊ totū qd̄ possidēt. ita ⁊ tu qd̄ in te optimū habes  
scz amorē tuo tribue creatori. Creature totis viribus ti  
bi deseruiūt: tu quoqz q̄cquid viriū habes in amore tuo  
tribue creatori. Creature continue ⁊ sine intermissione  
die ac nocte sereno vel turbulēto tēpore tibi obsequūtur  
Ita ⁊ tu omī tēpore in prosperis ⁊ in aduersis tuū dili  
ge creatorē. Creature soli tibi seruiūt ⁊ nulli alteri: ita  
⁊ tu solū tuū dilige creatorē: ⁊ neminē dilige nisi ppter  
ipsum. Creature tibi seruiūt s̄m ppriā naturā ⁊ modū  
suū: ita ⁊ tu debes obsequi deo tuo s̄m modū nature tue  
ex libertate ⁊ bona spōtanea qz volūtate. Creature dant  
tibi sua munera in sūma q̄ preualēt perfectiōe. Arbores  
em ⁊ vites exeūt tibi suos fructus maturos: bonos: dul  
ces: oblectabiles. Nō em acciperes ab eis fruct⁹ ama  
ros. virides. acerbos. corruptos. Ita ⁊ tu quoqz da o  
perā vt deo tribuas amorē maturū. dulcē. amabilē. bo  
nū. integrū. pfectū. Postremo creature nō tibi seruiūt  
cū dolo. cū fraude. cū pigricia. ignauiā. secordia: s̄ sim  
plici ⁊ p̄opta intētionē. Ita pariformit̄ serui deo tuo:  
vt nō ambules in vanitate: ⁊ festinet in dolo pes tuus.  
**¶** Do. Acriter me incēdit institutio tua. ⁊ amoris for  
mā nunc abs te digestā studebo pro virib⁹ emulari. Nā  
vt video nulla relinquit homini excusatio quin suū debe



at amare factorē. Amor em̄ cum filius sit libere voluntatis a nullo impediri pōt quin omni momēto suū possit opus implere. In amando quoq; nullus labor: nullus dolor: nec tristitia: nec tediū: nec fastidiū. Amor enim omnes labores reddit suaues. amabiles. voluptuosos. Hinc iam manifeste lucet summa et go hōiem dulcedo 7 benignitas cōditoris. qui datis tātis bñficijs hōiem nō obligauit ad rem penosam: laboriosam: 7 fatigabilē. sed ad id quod maxime est appetibile 7 delectabile.

*alias erga*

**Quod debitū amoris qđ homo reddit creatori ad hōis meritū 7 p̄modū reuertit. Ca. xx.**



**A**y. Sicut lucet benignitas magna creatoris: eo qđ obligauerit sibi hōiem ad amorē: rē maxime delectabilē: ita oēm excedit benignitatē mēsurā: qđ ipsaz amoris obligationē ad solā hōis p̄uertit vtilitatem. Licet enī deus nostrū ambiat amorē 7 vehemēter exposcat: hoc tamē facit vt inde hō ditet. pficiat. nobilitet. Videm⁹ em̄ qđ obsequiū creaturaz in magnā vtilē hōis vtilitatē: ita 7 obsequiū amoris qđ hō exhibet deo cū deo prodesse nō possit (ipse em̄ bonoz nostroz nō eget) vt hōi prosit necesse est. ¶ **Bo.** Non debet igitur homo ociosus esse: sed sicut creaturarū recipit vtilitatē Ita 7 ipse opificem diligendo suis etiam debet cōmodis indulgere. ¶ **Ray.** Debet vtiq; duplex enim necessitas homini incumbit. Indiget em̄ esse 7 vt perseueret in esse. secūdo indiget vt habeat fructuosum atq; optimū esse. A seruitio creaturarū que naturaliter 7 ex necessitate seruiūt homini: homo recipit esse 7 durat in eē. sed a seruitio amoris qđ homo exhibet deo (qđ libere ac

*duplici necessitate homo tenetur suum amare factorē.*



## Dialogus

voluntarie agit: atq; ideo meritoꝛie) hō recipit fructuo-  
sum atq; optimū esse. Creature seruiūt tibi vt esse habe-  
as: tu vero deo obsequeris vt optime habeas. Sed quia  
prestātius est optime esse q̄ esse solū: ideo obsequiū hoīs  
est sibi multo melius q̄ qd accipit a creaturis. Verum  
quēadmodū creaturaz seruit<sup>9</sup> est homini p̄tinuo neces-  
saria: ita ⁊ necārium est homini seruire deo si velit vtili-  
ter permanere. ¶ **Bo.** Vehemēter assentior. nā sicut ne-  
cesse est hoī corporaliter mori si suū illi creature obsequiū  
denegarint: ita ⁊ spūaliter eū mori necesse est si deo suo  
seruire contēperit. Qui ergo nō seruit deo vere mortu-  
us est: nec quicq̄ p̄ficit hoī obsequiū creature nisi ipse  
seruiat creatori. Hoc em̄ secūdo obseq̄o cessante: primū  
frustra impēdit. Perdūt em̄ suā vtilitatē creature q̄ pro-  
pter hoīem institute sunt: si hō suo factori obsequi con-  
tēperit. Et talis homo quantū in se est cassat ⁊ frustrat  
totū vniuersuz. ¶ **Ray.** Hinc manifeste intelligis opor-  
tere hoīem per amorē dño deseruire: vt dñi ipse diligenti  
obsequio deo colligat. Alie etiā creature oēs hoī seruiē-  
do homini copulātur: ⁊ per hoīem deo. Obligatio ita-  
q; amoris oīa cōplet: oīa cōsummat: ⁊ totū deo alligat  
vniuersum. Vide nūc mirabilē dulcēq; circūitum. Ab  
amore creatoris oīa p̄cesserūt: ⁊ per hoīs amorē ad deū  
oīa consummātur. Et sic apparet palā q̄ homo deū di-  
ligens est mediator quidā inter creatorē ⁊ ipsas res con-  
ditas: q; per ipsuz cū deo redeūt ⁊ ad deū. Qd si homo  
deo per amorē nō adheserit: sicut ipse inordinatus est ⁊  
dissolutus: ita ipse in penā suā oīa dissiūgit: dissoluit: dif-  
fibulat: nec creatori vtilis nec dignus creatura. ¶ **Bo.**  
In mirabilem me lucē raymūde extulisti: ⁊ in ardetissi

Qd amo-  
ris obliga-  
tio omnia  
cōsummat



mā flammā: vnde tibi maximas habeo grās. Arbitror em̄ iam tandem te de amore vltimā sentētiā posuisse.

**R**aymūdus. Reuera nō posui: multa enim ⁊ magna de amore adhuc locuturus sum: ⁊ que stupere te faciāt vehementer. **B**n̄icus. Oro te obsecrans o dilectissimē me cōple desideriiū meū: ⁊ qđ reliquū est ocius edicito.

**Quod homo obligatur amare etiam**  
oēm creaturā: ⁊ precipue dei imaginē. **Cap. xxi.**



**R**aymūdus. Unū adhuc nūc dicā: cetera alteri dyalogo conseruabo. Sicut homo obligat primo suū diligere creatorē: ita post ipsius oēs debet diligere creaturas: hō inquit sibi vtilis aut necessarie sunt: sed qz dei amatoris sui creature sunt. Et qz nō oēs creature sunt equales: sed vna est altera prestantior. ⁊ illa oīm prestantissima ⁊ dignissima q̄ dei in se imaginē ⁊ similitudinē representat. ideo pre ceteris homo debet sui creatoris imaginē. i. hōiem amare: colere: venerari. Cum em̄ quilibet homo ita cōtinet in se sui creatoris imaginē: sicut cera formā cenaculi cui imprimit̄. ideo obligat quisqz diligere alterū sicut seipm: siue amicus sit ille siue inimicus: siue p̄fuerit siue etiā obfuerit. Semp em̄ homo imago dei est: semp maximī cōditoris nobilissimū plasma est. **B**n̄o. Hinc ego palā excipio oportere vnūquēqz hōiem diligere alterū sicut suū ipsius imaginē: sicut suū ipsius naturā. Et ideo quilibet tenet estimare ⁊ appreciare alterū sicut semetipsus. Tenetur quoqz om̄e bonū qđ sibi quisqz cupit inquantū dei imago est hoc etiā alteri cupere: alteri imp̄cari alteri si potest etiā p̄ferre. Debet igif esse inter oēs hōies vna eter

Homo tenetur diligere proximum.



## Dyalogus.

qđ a creato  
re et a crea  
turis hō di  
scit suū di  
ligere pro  
ximum.

ni federis cōpaginatio: vna pax: vna cōcordia: vnū vel  
le: vnū nolle. ¶ Ray. Iustissimū est qđ tu loqueris. Ex  
quo em̄ hec obligatio qua homo tenet amare hoīem: ori  
ginē ducit ex obligatōe qua homo astringit diligere cre  
atorē. ideo sicut ista est rectissima 7 in iure nature fūda  
ta: 7 est prima iusticia. ita 7 altera est secunda iusticia:  
recta: sancta: 7 in iure nature radicata. Accipe nunc for  
mā huius obligatiōis a creatore 7 a creaturis. Primū  
creator om̄ibus hoībus indifferēter suā partitus est ima  
ginē 7 suā similitudinē. tu quoq; oībus cōicabilē te pre  
be 7 liberalē. Creator sine acceptiōe personaz oīnes ho  
mines inquantū sūt sue imagines cōi diligit amore: ita  
7 tu quoq; oēm hominē dilige. Creator equali pietate  
om̄i hoī sua bñficia indulget: 7 solē suū oriri iubet super  
bonos 7 malos: 7 pluit sup iustos 7 reprobos. 7 tu quo  
q; om̄i petēti te tribue 7 quicqđ habes libēter impartis  
ri stude. Scđo accipe hanc formā 7 a creaturis: creatu  
re q̄ homini iussu creatoris inseruiūt nō magis vni obse  
quūtur hoī q̄ alteri: nō plus pro vno laborāt q̄ pro alte  
ro. neq; amplius maiorē respiciūt q̄ minorē: nec nobilē  
q̄ ruralē. Elemēta: plāte: arbores: aialia: nō plus ser  
uiunt regi q̄ militi: nec plus seruo q̄ dño. Sicut ergo  
creature hoī obsequūtur inquātum dei imago est 7 equa  
les inter se reputant oēs hoīes: ita 7 tu quoq; equaliter  
dei imaginē in quolibet hoīe venerare: nec estimes natu  
rali cōditione altez alteri preferendū. ¶ Bo. Nō solū  
ex hīs que dicis colligo formā amoris: verū etiam quā  
te sit maiestatis: dignitatis: glie 7 excellentie imago dei  
luce clarī intueor. cui suus creator tantā impēdit solli  
citudinē: quā honorat: diligit: venerat. cui etiā creature

quāte di  
gnitatis sit  
imago dei.



multe nobiles et sublimes inuigilāt: seruiūt: obsequunt  
Satis hinc patet quantū debet honorare homo hoīem:  
quādo illū et deus maximus et vniuersus orbis venerat.

**C**Ray. Nolo etiā te lateat q̄ hec obligatio amoris re/  
dūdat et reuertit̄ in solā hoīs vtilitatē: in suū p̄modū et  
meritū. Licet em̄ amor tuus quo proximū diligis: ple/  
rūq; illi aut vtilis est aut iocūduus: tibi tamē semper est  
meritorius. Bū em̄ homo primo deū diligit: ac tū pro/  
ximū imaginē dei: inde sibi colligit om̄e bonū suū: om̄e  
meritū: om̄e gaudiū: laudē: salutē et gloriā. Et quāto ad  
iecerit plures p̄pter deum hoīs diligere: tanto ditescit  
ampli⁹: tāto fit et nobilior et seip̄o quotidie maior. Adul/  
ta adhuc de natura amoris: de eius viribus et proprietati/  
bus differēda sunt. S; vides q; ias sol hesperias se mer/  
git in vndas: nox quoq; suas vmbas iā minitās: et cibū  
nos et somnū capere adhortat. In crastinū igit̄ que de a/  
more sup̄sunt referem⁹. **C**Bo. Licet a tuo sermone in/  
uitissim⁹ ipse diuellar: pareo tñ votis tuis: vt paululū vi/  
ribus recollectis nou⁹ in crastinū disputator aduenias.

Os amor  
quo hō dili  
git proxi  
mū in hoīs  
vertitur v  
tilitatom.

**C**Finit secūduſ dyalogus de bñficijs dei et  
hoīs obligatiōe. **C**Incipit tertius de amo  
re et de viribus eius: p̄ditōibus et fructus.

## De conditionibus et proprietatibus

amoris.

**C**Capitulū. xxij.



**D**ominicus. Totā pene noctē insomnē habui:  
ita eram tua sponsiōe sollicitus. optabā crebro  
diem fieri: et mollē desidēq; aurozā arguebam  
q̄ titani mariti croceū nollet cubile desere.

*deserere*



## Dyalogus.

nūc tibi festinus ⁊ alacer audire q̄ pollicit⁹ es. Scio em̄  
stupēda te atq; admodū vtilia de amore dicturū. **Ray.**  
Amo mi dñice ardens desiderū tuū: quod ⁊ me quoq;  
acriore reddit ⁊ magis spōtaneū. **Ademini** ne supra  
me dixisse nihil nos habere in nostra potestate: ⁊ qđ ve/  
re sit nostrū preter solū amorē. **Bo.** **Ademini** equidē  
Nā amor noster (vt ip̄e dixisti) est totū bonū nostrū: vni/  
cus ⁊ preciosissim⁹ noster thesaurus ⁊ cūcte diuitie nr̄e.  
Cetera quippe om̄ia ⁊ fortune ⁊ corporis bona nec ve/  
ra nec nostra sunt. **Ray.** Si ergo amor est illud vnicū  
qđ habemus: hinc sequit̄ qđ amor bonus est totū bonū  
nostrū: ⁊ amor malus atq; peruersus est om̄e malū no/  
strū. Nam si nihil est vere nostrū nisi amor: si amor ma/  
lus fuerit quicquid habem⁹ malū est. si bonus bonū est.  
Sequit̄ quoq; si amor noster bonus fuerit: nos etiā bo/  
ni simus: si malus mali. Solus igitur amor hoīs homi/  
nē facit vel bonū vel malū. Preterea cū nihil possideam⁹  
vere nisi amorē. ideo q̄ndo dedimus alicui nostrū amo/  
rē totū qđ habeamus dedimus: nec quicq; reliquū habe/  
mus qđ tribuam⁹. Hinc etiā seq̄tur qđ si perdiderimus  
amorē nostrū: oēs nostras diuitias perdidim⁹: tūc aut p/  
didimus si illi nostrū amorē cōtulerim⁹ cui om̄ino dare  
nō debuimus. Preterea si bonū om̄e nostrū est amor bo/  
nus: ⁊ malus amor nostrū malū: sequit̄ pulcre qđ virtus  
nihil sit aliud q̄ amor bonus: ⁊ viciū amor malus. **Euz**  
ius ergo amor bonus est: hic vir virtuosus appellādus  
est. cuius vero amor reprob⁹ fuerit: hic viciōsus ⁊ re/  
prob⁹ censendus est. **Bo.** Presentio dulcē fragran/  
tiā sermonis tui: ⁊ in mirabilē me cognitionē cupis eri/  
gere: vt dū cognouero om̄e bonū nostrū in amore consti



tutū: habueroq; de amore verā sciētiā. habeā etiā ⁊ de  
 toto hoīs bono maloq; sciētiā. Quā qui ignorat cec⁹  
 est ⁊ manu tēptans: ⁊ se ⁊ oīa nescit. ¶ **¶** Ray. Hinc iam  
 amoris pprietates attingam⁹. Quaz p̄ma est q̄ amor  
 habet virtutē vniendi: cōuertēdi: traiformādi. Hec est  
 amoris inseparabilis conditio: ideo amor vnit amantē  
 cū re amata ⁊ in se trāiformat. Secūda p̄ditio est: quia  
 amor de sua natura est donū liberale. Sponte em̄ alteri se  
 tribuit: cogi em̄ non pōt: nec dari nec auferrī se inuito.  
 Hinc sequit̄ q̄ amor est vere illi⁹ cui datur: ⁊ trāsit in ve  
 rā possessionē rei amate. ⁊ ideo res amata in suo retinet  
 dominio amorē qui sibi vltro donat⁹ est. Tertia p̄ditio  
 q̄ amor quocūq; vadit semp̄ secū protrahit volūtatem  
 q̄ habet plenū in hoīe imperiū. ⁊ ideo etiam secū portat  
 totū hoīem. Et ideo q̄n amor alteri se tribuit: totā tribu  
 it volūtate ⁊ totū hoīem: q̄ etiā p̄uertitur in rē amataz  
 Quarta p̄ditio: q̄ ista p̄uersio amātis in rem amata nō  
 est violēta: nō coacta: nō laboriosa. sed spōtanea: libera  
 lis: dulcis: delectabilis. ⁊ ideo volūtas q̄ iūgit̄ rei ama  
 te nō potest ab ea separari p̄ aliquā violentiā: sed sponte  
 ⁊ mere libere. Quinta p̄ditio: q̄ amor licet mutet vo  
 lūtatem in rē amata: tamē amor semp̄ permanet libera  
 lis amor: ⁊ suā retinet naturā. Volūtas quoq; licet per  
 mutet̄ in rē amata: cui⁹ ⁊ naturā induit ⁊ formā: tamē  
 semp̄ permanet volūtas. nec id destruit q̄ mutat. Se  
 xta p̄ditio: q̄ amor talis efficit̄ qualis est res q̄ amat: et  
 talis fit ipsa volūtas q̄lis ⁊ amor. ¶ Res em̄ primo ⁊ prin  
 cipaliter amata: nomē: naturā: ⁊ formā amorī tribuit ⁊  
 volūtari. Hinc sequit̄ q̄ si volūtas terrā amet: terrea lu  
 teaq; sit ⁊ amor dicit̄ terrenus. Si amat res mortuas:

Nota hic  
 proprietates  
 amoris



## Dialogus.

caducas superfluas: volūtas nūcupatur mortua superflua caduca. Si amat hoies humana dicitur: si deū, diuina. Ex isto liquet q̄ homo potest per amorem quē gerit sponte mutari in rem multo se meliorem vel multo se viliorem. Septima: q̄ amor ex sua natura semper se erigit ad amandū id quod est se prestātius: nobilius: et dignius. Hoc patet in naturis aliarū rerū que semper se ad meliora et perfectiora sustollūt. Nā elemēta nutriūtur in plantas: plante nutriūt animalia: quorū caro comesta in carnē format humanā. Ita ergo et volūtas nostra et amor noster (vt non degeneret a rebus sub se creatis) debet semper id amare qd̄ est supra se: et amando in id cōverti qd̄ est multo se nobilius: preclarius: excellētius. Verū quia nihil est supra volūtātē nostrā qd̄ sit ipsa melior et perfectius q̄ ipse summus et eternus deus: ideo volūtas merito tribuere debet amorē suū maximo deo: et in illū nobilissimū et prestātissimū conuerti et transformari. ¶ **Do.** Merito id quid ē. nā cum turpissimū sit volūtates (que regina est in regno aie) se inflectere subter se ad lutea: caduca: vilia: spurca et p̄temptibilia. idcirco debet se sursum erigere. deū intueri. deū amare. deū cōplecti: et in ipsū transformari. qui est summū: eternū: nobilissimū: et optimū bonū. ¶ **Ray.** Gaudeo te sapere que dico: sed nunc p̄sequēter ausculata. ¶ Octaua cōditio est q̄ amor ex quo est res nobilissima: dignissima: et liberalissima q̄ mutat ipsam volūtātē in rem amatā: et ponit eam sub imperio rei amate. ideo valde iniustū et incōgruū est q̄ res inferior et vilior ipsa volūtate dominiū arripiat super eam eaq̄ possideat. Preterea cum amor sit spūalis et intellectualis nature: et ideo etiā omni re corporali multo pre



statioꝝ: idcirco nulla res corporalis est nostro amori aliquatenus digna. Non debem⁹ ergo amare nec mācipia nec animalia: nec sidera: nec elementa: nec aurū: nec argentū: nec quicq̃ quod potest aliquo sensu apprehendi. Preterea cū indignū atq; iniustū sit q̃ res equalis dominetur equali. ⁊ qz om̃is volūtas creata inquantū creata est alteri eqlis. ideo nulla creata voluntas est digna nostro amore: nec debet nostre dominari volūtatī. Solus igitur deus dignus est q̃ a nobis amet: qui nos possideat: qui nos in se cōuertat. Non a p̃ditio q̃ amor hoc habet a natura q̃ semp̃ capit ⁊ requirit amorē: ideo nulla res debet amari nisi que possit amorē refundere ⁊ vberius q̃ acceperit. Nulla igitur res q̃ est nostra volūtate inferior debet p̃ncipaliter amari: nō elemēta: nō aiantia: nō aliqua corporalia: qz amorē reddere nō possunt.

**S**o. Nihil verius: nam amor qui rebus inferioribus ⁊ ratione carētibus attribuitur maxima damna consequitur. fit em̃ degener: fragilis corporalis. Aut si versatur circa res humanas fit humanus: nec fit se melior nec perfectior. Deus igitur qui amorē refundere potest ⁊ multo q̃ noster est p̃statioꝝem p̃mo a nobis amari debet cuius est amor infinit⁹: increatus: eternus.

## Quod amor tantum se dilatat vel

amplificat quantū se amplificat res p̃mo amata.

### Capitulum. xxxij.



**A**y. Dixi supra q̃ amor mutat volūtatē in rem p̃ncipalr ⁊ p̃mo amatā. Trāsit em̃ totaliter in eius dominiū: ⁊ cū ea vnīc ⁊ complicatur. ⁊ idcirco nō potest ascendere supra eā: sed ad quecunq; se



## Dialogus.

extēdit res primo amata: ad hec omnia se amor extēdit.  
Hinc sequit̄ q̄ res primo amata quāto fuerit cois̄ 7 vni  
uersalis: tāto 7 ipse amor vniuersalis fiet atq; cois̄. Si  
res amata fuerit aut particulari: aut priuata: amor erit  
7 particularis et singularis. Sequit̄ quoq; res primo  
amata sicut est vna: ita generat̄ 7 vnus amor in volūta  
te qui est eiusdē cum ipa nature. Et sicut nō possunt esse  
plures res primo amate: ita nō potest nisi vnus eē amor  
in volūate. ¶ **Bo.** Hinc ergo colligo q̄ res q̄ primo di  
ligit̄ fundat: edificat: 7 confirmat primū amorē in volūta  
te qui caput sit 7 origo oīum aliarū affectionū que pullu  
lāt a volūate. ¶ **Ray.** Prudēter ergo intelligis q̄ a re  
primo dilecta generat̄ in volūate vnus primus amor:  
a quo tanq̄ a radice surgit quedā arbor in anima: que p̄  
tot ramos se multiplicat quot sunt res q̄ colligātur cuz  
re que primo diligit̄. Verbi gratia: ab vno seminis gra  
no surgit arbor cū innumeris ramis: frondibus: florib;  
ac fructibus. Quale semē talis 7 arbor: 7 oīa q̄ ab arbo  
re p̄cedūt, qualis fons tales sunt fontis riuuli. Hinc in  
tellige si amor tuus fuerit bonus: iustus: ordinat̄: oēs  
alij amores q̄ inde procedūt boni erunt: iusti: ordinati.  
Si malus fuerit 7 corruptus: reliqui mali sunt 7 corru  
pti. Ex isto consequēter aduertis: q̄ necessario omne il  
lud amatur qd̄ coniunctum est cū re primo amata. 7 ne  
cessario odio habetur quicqd̄ aduersatur rei primo ama  
te. Ideo primus amor q̄ solidissime iungitur cum re a  
mata nulla ratiōe auelli aut destrui pōt nisi venerit alia  
res primo amata que sit ipa fortior validiorq;. Quādo  
igitur res primo amata est ipse deus qui est summa vir  
tus: summa fortitudo: summa nobilitas: vera eternitas

*Nota ex  
emplum.*



7 eterna veritas fit amor noster fortissimus: nobilissim⁹  
 verus: eternus. Et ab hoc amore pullulāt infiniti amo/  
 res: eo q̄ est cōmunissim⁹: vniuersalissim⁹: 7 per cū/  
 cta protensus. Quī ergo principaliter deū amat: amat  
 cū deo: 7 propter deū oēs creaturas. 7 fit amor ei⁹ am/  
 plissim⁹ 7 vehementer expansus. Si pateris dicā tibi  
 duo exempla vnde breuiter 7 eleganter ista conosces.

¶ **Bo.** Libenter te audio. prosequere. ¶ **Ray.** In ma/  
 trimonio vir principaliter mulier subijcitur. Itē mulier nō  
 potest habere nisi vnū maritū: nec p̄t a marito q̄ diu vi/  
 uit separari. Pari modo voluntas subijcitur rei amate:  
 nec pōt habere nisi vnā rem principaliter amatā: nec ab  
 ea potest q̄ diu ipsa durauerit separari. Aliud exēplum  
 quo meli⁹ cūcta cognoscas. Demus aliquē hoīem pau/  
 perē 7 genere obscurū qui habeat sex filias penit⁹ equa/  
 les natura: industria: ignobilitate: vilitate: quaruz vna  
 nubat rustico: altera ciui: tertia militi: quarta duci: qui  
 ta regi: sexta orbis imperatori. Libet em̄ oēs hec sex filie  
 eiusdem sint 7 generis 7 paupertatis: propter viros ta  
 mē quibus nupserūt vna fit altera prestantior: nobilior:  
 sublimior. Pari modo intellige de volūtate: q̄ vel ascen/  
 dit vel descēdit iuxta rei amate vel dignitatem vel igno  
 miniā. Itē sicut videm⁹ q̄ spōsa spōso suo copulata nō  
 vū quēdam scipit amorē qui est prim⁹ amor: virtute cu  
 ius amat oēs qui habēt cum sponso societate vel amici/  
 ciā vel parētelā. Hos em̄ oēs ante nō amabat. sed p̄pter  
 amorē viri nūc singulos amat. Qd si vir moriat⁹ 7 mul  
 er accipiat aliū virū tunc amor primus 7 omēs alij qui  
 inde originē traxerūt destruitur: 7 generatur in volūta  
 te mulieris: nouus amor q̄ etiā radix efficit alioz amo/  
 rum.

¶ No. duo ex  
 empla.



## Dialogus

rū. Preterea quādo mulier virū accipit bonū: diuitem: fortem: nobilem: prudentē: tunc ipsa permanet in pace. in requie. in exultatiōe. in securitate. in affluētia: in omī rerū copia. Quod si nupserit viro pauperi: caduco: misero: ignobili: sordido: cōtemptibili: ipsa efficiet inops fragilis: ignobilis: sordida: p̄tēptibilis: plena cladibus angustijs 7 miserijs. Hec cuncta que de matrimonio diximus applica ad voluntatem 7 ad rem primo dilectā: 7 vtrōbiq; optimā inuenies consonantiam. ¶ **Bo. Ca.** pio egregiam similitudinē. Satis em̄ ex hīs que nūc dixisti apparet q̄ dum voluntas nostra principaliter deū amat tunc fit sublimis: nobilis: segura: pacifica: quieta robusta: plena gaudijs atq; diuitijs. talis est enim ille quē ipsa diligit. Quod si amauerit creaturā: cum omīs creatura sit fragilis: mobilis: fluens: indigens: insufficiens: tunc ipsa p̄e inopia tribulat: contristatur: affligitur. nunq̄ segura: nunq̄ pacifica: nūq̄ firma. S; queso te ex quo de re primo amata iam sepe numero loquuti sumus: quot sunt aut esse possunt res principalr amate.

**Quod tantū due sunt res principaliter amate: 7 de inimicitia eaz ad inuicē. Ca. xxiiij.**

**Aymūdu.** Due tantū sunt res principaliter a voluntate dilecte: nec possunt esse plures. sicut nec duo rectores vel p̄t̄ifices vnius ecclesie. He due sunt vel deus creator: vel creatura. Porro inter creaturas omēs illa res erit primo dilecta ab ipsa voluntate que illi est magis amica atq; propinqua. Verū qz ipsa volūtas potest reflectere suū amorē ad semetipsaz: ideo inter creaturas maxime amabit seipsam vt amicā sibi: 7 vt propinquā. Quando igitur amor dei in volun-



tate nō est primus: tunc ipsius volūtatē amor primus efficitur. Et sic homo quādo deum nō amat: amat seipsum et suam volūtatē. et ipsa volūtas se amando in semetipsam cōuertitur. et facit seipsam suū propriū fundamentū extra deū. Et q̄ principalr solā se amat: ideo cetera q̄ secundario amat: oīa ppter se amat: et in oībus non nisi se amat: et quicquid vult ppria vult voluntate: qz nullā aliā sequit volūtatē. Hec at talis scelestissima impiissimaqz volūtas se solā diligēs: se cōplectēs rapit violēta manu deo conditori suū honorē: suā coronā: suā gloriā. Amare em̄ ppriā volūtatē soli ppetit eterno deo. Igit̄ quādo hūana volūtas amat seipam: et homo suā primo diligit volūtatē: tunc illud sibi attribuit qd̄ possidet solus deus et facit se deū: et dat sibi ipsi amorē: laudem: honorē: et gloriā. Atqz hoc modo fit capitalis aduersari⁹ et inimicus dei: longissime tñ deo dissimilis. Nā licet sibi tribuat honorē: deitatē: et gloriā. habet tamē qualitates in se turpissimas. Nā qualis est amor ei⁹ talis et ipse Amor em̄ ei⁹ est inordinat⁹: iniustus: falsus: tortuosus in dei contēptum: odiū et iniuriā cōcitatus. ¶ Bo. Tremere me facit sermo tuus. adeo em̄ et vehemēs est et formidatus. ¶ Ray. Utinam totus me mūdus audiat exclamātem. credo qz multi a tanta se iniusticia ac dei iniuriā refrenarent. Verum qz in tenebris sunt amatores pprie volūtatē: ideo nō aduertūt quō cōtra se p̄nocēt deū: vsurpādo sibi dei prerogatiuas et dignitates. Qui em̄ se regē facit aduersari⁹ regis est et crimie lese maiestatis re⁹ detinet. Sed queso te paulo nūc diligētī⁹ artēde virtutes et pditiōes et cōtrouersias horū duoz amorū. duo amores primi due sunt radices oīm aliarū affectionū



## Dyalogus

Et qz sunt inter se capitales inimici: id si vnus bon⁹ est  
alius vt malus sit oportet. Amor dei sicut est primū bo  
nū nostrū: primū lumē a quo orit oē lumē: prima recti  
tudo: prima iusticia: prima amicitia: prima fortitudo:  
prima quies: prima trāquillitas: prima solatio: prima  
leticia: prima vtus: prima veritas: prima vita: 7 oīum  
bonoz operū 7 cogitationū principiū. Ita amor sui ipi⁹  
est primū malū: a quo orit in hoīe oē malū. prima ceci  
tas: prime tenebre: prima obliquitas: prima iniusticia:  
prima discordia: prima imbecillitas: pma turbatio: pri  
ma desolatio: prima tristitia: prima rixa: prima nequi  
cia: prima falsitas: prima mortalitas: 7 oīm maloz ope  
rū 7 affectionū infaustū principiū. Amor dei facit volū  
tatē hoīs iustā: sanctā: hūilem: benignā: sed amor sui fa  
cit eā iniustā: irreligiosam: supbam: turgidā: proteruā.  
Amor dei facit volūtatē quietā: dulcē: amicabilē. sed a  
mor sui reddit eā turbidā: amarā: litigiosam: odibilem.  
Amor dei facit volūtatē largissimā: amplissimā: capa  
cissimā. s; amor sui facit eā angustā coartatā pstrictam.  
Amor dei reddit volūtatē sūme liberā nulli creature sub  
iectā: s; amor sui subiecit volūtates oī creature 7 famulā  
pstituit seruā atqz captiuā. Amor dei facit eā immobile  
stabile: firmā: 7 ppetua vtute videntē. s; amor sui cū cir  
ca creaturā versat q̄ vana est: mobilis 7 caduca: reddit  
volūtatē instabile: fluctuantē: 7 oīni vanitate subiectā.  
Amor dei facit volūtatē vnitissimā atqz ideo fortissimā.  
s; amor sui facit eā diuisibile: fragile. Amor dei facit vo  
lūtatē diuitē: opulentā: optimis relectā dapib⁹. s; amor  
sui eā vacuā dimittit: esurientē: inanē: 7 oibus egētē bo  
nis. Amor dei facit volūtatē habitare i sua patria: i suo



regno: in sua domo. sed amor sui facit eā exulē: aduenā  
 peregrinā 7 profugā super terrā. Amor dei facit volūta  
 tē pulcerrimā 7 miro decore formosam. Amor sui facit  
 eā horridā: tetra: squalidā: 7 turpissima cogitatiōe feda  
 tā. Postremo amor dei clarissimo lumine irradiat volū  
 tatē 7 hoīs intellectū: vt nouerit homo seipſus 7 deū 7  
 oīa bona. sed amor sui (qz tenebrosus est) densissima ca  
 ligine cor hoīs obnubilat: vt nec deū nec se nec oīa sciat  
**¶** Bo. Reuera prestātissimus sermo tuus: 7 imis pre  
 cordijs reponēdus. Utinā mortalis homo hec aiaduer  
 teret: desinatqz in iniuriā summi dei se tam nequiter ad  
 amare. **¶** Ray. Unum adhuc restat quo dei amor maxi  
 me cōmendat: 7 amor sui merito cōdemnat. Amor em̄  
 dei cū sit vniuersalis potest esse vnus atqz cōsimilis in  
 multis: imo in infinitis hominib⁹: qđ dū fuerit tunc ne  
 cessario pax magna 7 vera ppetuaqz cōcordia illo amo  
 re durāte inter hoīes perseuerat. Sunt enī inter se vniti  
 quieti: pacifici: leti: iocūdi: 7 de alternis bonis inuicem  
 gratulabūdi. Sed quādo quisqz primo diligit seipsum  
 amore priuato: tūc ppriū querit honorē: suū cōmodū:  
 suā voluptatē: suā dignitatē: atqz impugnat honorē ali  
 um vt defēdat suū: 7 odit atqz execrat 7 persequit oē bo  
 nū vel corporis vel aīe qđ videt in alio: dūmodo illud re  
 pugnat bono suo. Ex isto priuato amore emergit omne  
 malū qđ contra se hoīes crudeliter admittūt. Inde bel  
 la: seditiōes: secte: inimicicie: inuidie: emulatiōes: cō  
 tētiones: animositates: ire: rixe: cōtumelie: rapine: stu  
 pra: adulteria: incēdia: 7 mille malorū genera. **¶** Bo.  
 Terribile auditu est qđ loqueris. **¶** Ray. Atqz multo  
 terribilius perpetratu, Nā si voles cordis oculis intue

Quod amor  
 dei facit ve  
 ra inter ho  
 mines ami  
 ciciam.



# Dyalogus

qđ. et amo-  
re sui na-  
scuntur se-  
prem pecca-  
ta mortalia

ri videbis qđ ab amore proprio tanq̄ a vipera quadā vī  
rulēta septē mortalia peccata nascātur: sub quibus omne  
vicioꝝ germē contineſ. Homo enī qui seipsum nequiter  
diligit: diligit corpus suū: diligit ⁊ aiām suā: ⁊ ideo pro-  
priā excellentiā que est anime: ⁊ propriam dilectionem  
que est carnis. Et propter ista duo aut conseruāda aut  
agenda maximā strahit amiciciā cum rebus externis:  
cum diuitijs ⁊ pecunijs. Pecunie enī hoīs honorem au-  
gent ⁊ voluptatē. Querit etiā sciētias: officia: dignita-  
tes que suū promoueāt honore. Mascūtur igitur repēte  
ex amore priuato quattuor corruptissima mala. scz sup-  
bia: auaricia: gula: luxuria. Beinde cui inest amor ho-  
noris ⁊ voluptatis: necesse est vt odio habeat ⁊ persequa-  
tur oē id qđ potest suū vel honore vel voluptatē destrue-  
re. ideo cōcipit grauē iram que est amor vindicte: ⁊ inui-  
diā qua dolet de alieno bono inquantū est suo contrariū  
vī gaudet de alieno malo prout inde recipit adiumentū  
Et quia voluptas corporis torpore atqz ocio pascit: et  
labores fugitat ⁊ exercitia. inde accidia emergit ⁊ negli-  
gentia portus omniū vicioꝝ. ¶ **Unicus.** A deo acerbo  
animo in priuatū amore hactenus inueristi vt adiutore  
deo illū a me velim penitus abigere: ⁊ in solo cōditoꝝ  
amore vires animūqz locare.

## De finali fructu que nascitur ex hīs

duobus amoribus: ⁊ de gaudij proprietatibus.

¶ Capitulū. xxv.



**B**ymūduſ. Et libentius faciliusqz possis effi-  
cere q̄ nunc spondes: necē est tibi diligenter ad-  
uertere q̄ sint fructus q̄ nascūtur ex amore diui



no ⁊ amore pprio. Certissimū enim est q̄ sicut de plan-  
tis atq; arborib⁹ expectat⁹ fruct⁹, ita de qualibet alia re  
inquirim⁹: quē faciat fructū: quā afferat vtilitatē. Quia  
igif in nra volūtate tanq̄ in agro quodā pnt plātari duo  
p̄ncipales amores. s. amor dei: ⁊ amor sui. Ideo sum-  
mope p̄siderandū est quē fructū afferat amor dei: ⁊ quē  
amor sui. ⁊ sicut nō pnt esse nisi duo amores p̄mi: ita  
nō sunt etiā nisi duo fruct⁹ vltimi q̄ inter se sunt oīno cō-  
trarij: sicut ⁊ amores p̄mi. Verū qz ex oīni opere quod Qd̄ gaudi-  
um est fru-  
ctus amo-  
ris boni.  
agīt homo nō permanet secū finaliter nisi gaudiū vl' tri-  
sticia. hoc enī est totū lucrū qd̄ defert de laborib⁹ suis.  
ideo gaudiū vl' tristicia finales sunt fruct⁹ oīm opoz hu-  
manoz. Itā quicqd̄ homo molit⁹: q̄cquid opatur ad hoc  
respicit vt gaudeat: iocūdet⁹: exultet. Cū aut̄ gaudiū as-  
depr⁹ fuerit nihil aliud q̄rit: nihil aliud p̄cupiscit: qz nul-  
la p̄t re alia faciarī. Et qz tristicia gaudīo p̄traria est: id̄  
oīs hō fugit tristiciā: ⁊ gaudiū amplectat⁹. Verumt̄n qz  
verū gaudiū est verus fructus hōis bonus: ⁊ vera tristi-  
cia fructus vere malus. ideo necē est qz a diuersis ⁊ con-  
trarijs seminib⁹ oriant⁹. Verū igif gaudiū orit⁹ ab amor-  
re dei: ⁊ vera mestitudo ab amore nascit⁹ sui. Et qz deus  
est immortalis: immēsus: sūme pulcer: sūme potētie: bo-  
nitatis ⁊ sapiētie: ita gaudiū de amore dei est immortalē:  
immēsum: pulcerrimū: potētissimū: fructuosissimū: ⁊  
optimū. ¶ Bo. Si gaudiū hōis est immortale: ergo ⁊  
volūtas hōis. ⁊ per p̄sequēs anima hōis est immortalis:  
qd̄ epycureoz grex maxime diffitet⁹. Sed nūc vt cepisti  
p̄sequere. ¶ Ray. Audisti itaq; qz gaudiū est verus fru-  
ctus amoris dei: nūc proprietates hui⁹ gaudij desiderā Deprop̄ rie  
tari bus vl'  
ri gaudij.  
ter aduerte. Prima gaudij pprietas est: qz est eiusdē na-



## Dialogus

ture ac cōditionis qualis est res primo dilecta: 7 qualis est prim⁹ amor. Hinc sequit̄ q̄ sicut amor dei est semen iustū: purū: sanctū: sincerū: immaculatū: atq; optimū. ita 7 gaudiū qd̄ est eius fructus sanctissim⁹ est 7 verus: rectus: ordinatus: immaculatus: pulcher: diuinus. Hoc aut̄ tale gaudiū includit verā leticiā: iocūditatē: oblectationē: hilaritatē: trāquillitatē: delicias: iubilatiōes: suauitates: sacietates: 7 mille bona. Secūda cōditio: q̄ sicut fructus arborū 7 plātarū viuificat: nutrit 7 sustentat: ita 7 gaudiū dat vitā homini: atq; inde nutrit 7 sustētur cor ei⁹. Nā sicut tristitia mors hoīs est: ita gaudiū cor hoīs confirmat: viuificat 7 oblectat. Tertia cōditio q̄ gaudiū affert homini totū p̄plemētū finalis boni sui. Nā plenū hoīs gaudiū est hoīs vltima perfectio: vltima beatitudo: quā cū habuerit nihil volet vltra appetere: nihil amplius p̄cupiscere: sicuti infra statim patebit. Quarta p̄ditio: q̄ sicut amor dei est intra nos: ita 7 gaudiū intra nos est: nec est necesse in rebus externis: in auro scz vel argēto: nō in gēmis aut margaritis: nō in officijs aut prefecturis gaudium querere. Sicuti em̄ amor portat̄ in hoīs volūtate: ita 7 gaudiū. atq; idcirco totū hoīs bonū in sola est hoīs volūtate. ¶ **Bo.** Errant igit̄ qui externa 7 caduca fortune bona hoīs bona arbitrant̄: quiq; 7 ea quotidie querūt: diligūt: amplexant̄. ¶ **Ray.** Quantū hī errāt sicut ex precedētibus ita 7 ex sequentibus luculēter intelliges. Prius tamē qd̄ cepimus explicem⁹. Quinta p̄ditio: q̄ quantū amor dilatat̄ 7 crescit: ita 7 crescit 7 multiplicat̄ gaudiū. Ideo sicut amor dei se extendit ad oēs creaturas inquantū dei sunt: 7 precipue ad hoīem qui est viua imago 7 similitudo dei: sic et



gaudiū se dilatat ad oēs creaturas: 7 principalr ad ima-  
ginē creatoris qui est homo. Hinc sequit̃ q̃ vnusquisq̃  
homo deū amās p̃ter gaudiū qd̃ p̃cipit de deo: habet  
adhuc infinita gaudia de creaturis: 7 maxime de quolibet  
bet hoīe q̃ est p̃ima imago maximi creatoris. ¶ **Bo.**  
Palā nunc video q̃ de amore dei etiā in hac vita homo  
colligit inestimabilē fructū. Nā ex quo semp̃ est in amo-  
re recto: bono: 7 suauī. ita est in gaudio recto: dulci 7 op-  
timo secū in corde suā habēs vitā: suas diuitias: suas vo-  
luptates. Nichil itaq̃ extra querit: nihil cōcupiscit: nul-  
li inuidet: nulli irascit̃: nulli cōtrariat̃: sed est plenus suo  
bono: suo. s. gaudio qd̃ est optima vita cordis. Hoc aut̃  
gaudiū pōt̃ p̃tinue augeri 7 multiplicari quādo dei ima-  
go per homines multiplicatur. vt quot sunt hoīes tot  
sunt gaudia. 7 quia numerus hominū potest crescere in  
infinitū: ita 7 cumulus gaudior̃. Beati ergo q̃ deū dili-  
gūt: quoniā fructū leticie copiosissimū p̃sequētur.

**De ultimo gaudio quod post mortem**  
erit: de amore dei 7 salute proximi. **Cap. xvij.**

**B**aymūdus. Bixm̃ paulo ante de gaudio qd̃  
nascit̃ de amore dei in hac vita: nūc dicem̃ de  
gaudio qd̃ erit de deo 7 proximo post hanc vitā  
Cum em̃ gaudiū sit fruct̃ amoris: necesse est q̃ veniat  
in tanta plenitudine vt ultra crescere nō possit. Signū  
p̃fecto est vt sicut volūtas hic inhesit deo per amorē:  
ita illic inhereat per amoris frūitionē. Vt̃ cum ex cla-  
ra dei visione fit amor feruentior: nā ex quo deus est sum-  
me pulcer: summe dulcis: summe benignus: bonus: no-  
bilis: 7 oīum gaudior̃ diuitiarūq̃ plenissim̃. ideo quā-



## Dialogus.

to perfectius videbit: tanto ardentius amabit: 7 tanto copiosius in ipso aia iocundabitur. Videbimus em̄ deū maximū 7 optimū facie ad faciē clara certa 7 perfectissima visione: 7 tūc mirabit 7 dilatabitur 7 iocūdabit cor nostrū. ¶ **Bo.** Sed queso te quō audebim⁹ tantā a deo sperare gloriā. ¶ **Ray.** Solo amore. Nisi em̄ de⁹ (quē hic in fide aia dilexit) ostendat seipm̄ manifesta visione nō cōpleret nec meritū nec ius amoris. Amor em̄ ver⁹ oīa aperit: oīa secreta reuelat: hoc amoris natura requirit. Amor ergo noster nobis deū ostēdit: deū facit videre: amplecti: venerari: 7 ipsi inherere 7 iugiter delectari. Verūtamen̄ quia deus est infiniti decoris: suauitatis mansuetudinis: hūilitatis: sapiētie: maiestatis 7 perfectionis. ideo aia illic deū nō amabit propter dona q̄ contulit: hic em̄ amor mercēnarius 7 impurus est. s; ideo qm̄ deus vere ex seipō 7 ex sua immensa bonitate plenissime amabilis 7 amplexibilis est. Et ex tali amore nascitur perfectissimū gaudiū atq; purissimū. Hoc autē gaudiū quia nemo poterit auferre: ideo erit certissimū: firmissimū: 7 summe securū. Et hoc quidez erit gaudiū de deo. Nūc superest vt aliquid de gaudio (qd̄ ex proximo rū felicitate capiemus) breuiter differamus. In illo regno vnusquisq; tantū amat alterū quantū seipm̄: 7 ideo tantū gaudet de bono alteri⁹ quantū gaudet de suo. Et quoniā illic erūt innumerabiles quos om̄es vt nos ipsos diligemus: hinc sequit̄ qd̄ equaliter de illoꝝ felicitate vt de nostra gaudebimus. Non modo ergo gaudiū nostrū duplicabitur aut triplicabitur: sed in mille iubilos imo infinitos excrescet supra mensuram gaudioꝝ que de propria beatitudine singuli obtinebimus. Lum̄ igitur ne/

Amor om̄  
nia prome  
retur.

De gaudio  
7 salute pro  
ximi.



mo illic sit qui sue felicitatis gaudiū ad liquidū concipere possit. vide nunc quomodo capiat in alijs tantoz gloriā gaudioz. Preterea cū illic quilibet plus immensum deū amet q̄ seipsum 7 omnes alios secum. inde sequitur q̄ sine comparatione plus gaudebit de felicitate dei: q̄ de sua 7 omniū aliozū secum. Certe nunc vidisti magnitudinē 7 multitudinē gaudioz post hanc vitam. Quid nunc animi habes? **Bo.** Optimi nunc certe animi sum. Sed de corporibus nostris quid obsecro futurū reris. **Ray.** Noli hinc aliquaten⁹ trepidare. Ipsa em̄ anima que in celis deū amat: amat 7 corpus suū. vult ergo vt reparetur 7 sibi restituatur vt totus homo in integritate viuat 7 feliciter viuat. Quia ergo aīa vult vt corpus reparetur: ideo 7 reparabit. quia voluntatē se amantū deus faciet: 7 deprecationē eoz exaudiet. Et igitur anime gaudiū cōpleatur recipiet suū corpus. non quale nūc est graue: passibile: mortale. sed pulcrū: decorū: formosum: instar solis lucidū: immortale: impassibile: agile: subtile: spūale. 7 anime operatiōibus maxime cōforme. Preterea cū aīa amet oēs creaturas inquantū dei sunt: vt de suo amore amplius gaudeat: ideo totus mūdus debet in melius renouari: 7 vestē induere iocūditatis 7 perpetue pulcritudinis. Nā sicut tot⁹ homo in aīa 7 corpore ad sublimiorē 7 nobiliorē statū reformat: ita 7 totus mūdus q̄ propter hoīem fact⁹ est quasi de regis sui: hoc est hoīs felicitate cōgratulās: nouis incorruptionis vestib⁹ induet. **Bo.** Merito id quidē. sicut enī oīa pfluūt ex amore: amor at̄ generat de se gaudiū q̄ est fruct⁹ ei⁹: ita ex pñti sūt i gaudio oīa: sicqz disponunt vt ex ipsis seq̄tur gaudiū maximū qd̄ est fruct⁹ oīum. Sed

Gaudiū de  
reparatiōe  
corporum

Gaudiū de  
mundi in  
meli⁹ refo  
rmatione.



## Dialogus.

quid tibi nunc subito contigit rogo quod facies tua tristibus  
rugis obfuscat. Acerbum nescio quod nunc loquuturus es.

**De fructu qui nascitur ex amore pro  
prio et proprietatibus eius: hic fructus acerbissimus est.**

Capitulum. xxvij.



**A**y. Verum dicis: nam de fructu amarissimo qui  
de amore sui nascitur dicitur acerbitate eius so-  
lo odoratu presentiens: olfactus mihi ois et gu-  
stus amaricat est: credo et te quoque eadem passurum. Amor  
sui etiam de se gaudium generat. Qui enim id fuerit adeptus  
quod amabat: aut certissime se adepturum sperat: necesse est  
ut gaudeat. Cum enim quis amat suam excellentiam: suam lau-  
dem: suam corporis voluptatem. amat quoque omnia externa  
bona que vota sua promouet et perficiunt. Et quia hec omnia adis-  
pisci possunt: ideo potest in hac vita homo gaudere: gestire  
tripudiare. Verum quia hec omnia amitti possunt: destrui: des-  
relinqui: et homo id odit quod potest hec sua bona destruere. id  
ex tali gaudio nascitur amara tristitia: anxietas: inuiden-  
tia: sollicitudo superuacua. **Do.** Hinc intelligo tale  
gaudium miserum esse: superfluum: caducum: falsum: sophisti-  
cum. quod intus abscondit inexpiabilem calamitatem et cladem.

de proprie-  
tatibus gau-  
dij mali.

**Ray.** Melius istud intelliges dum huius gaudij pro-  
prietates clarius introspexeris. Prima huius gaudij con-  
ditio est: quod sicut amor proprius est inordinatus: iniustus:  
falsus: tortuosus corruptus et immundus: ita est et gaudium  
quod ex ipso generatur. Item sicut amor sui est omnium pessimus:  
nequissimus: malignissimus: prima mors: prima cecitas:  
prima calamitas: et omnium malorum invidiosiorumque fontalis  
origo: ita est et gaudium quod emergit ab ipso. Preterea sicut  
amor sui est e directo contra deum: et in deum acriter rebellis:



auferēs quantū in se est deo suam coronā ⁊ gloriā: ita ⁊  
 istud gaudiū inimicat deo. ¶ Sitq; homo multo ampli⁹  
 cōtrari⁹ deo turpiter cōtra eū gestiēdo q̄ nequiter amā  
 do. Hoc em̄ gaudiū p̄ceptum gignit ⁊ iniuriā oīum ma  
 ximā. Nihil tā improbū tam peruersus q̄ letari hoīem  
 cū male fecerit ⁊ exultare in rebus pessimis. Brāde em̄  
 malū amare aliqd cōtra deū: sed longe grauissimū leta  
 ri. exultare: gestire: cōplacere. Hoc em̄ venenū mortife  
 rū est ⁊ insanabile ⁊ eterne dānationi proximū. ¶ Do.  
 ¶ Fetozē acerbitatēq; huius pessimi fructus etiā nūc ipse  
 p̄cipio. vnde ⁊ nares atq; ora ocīus obfirmo. ¶ Ray.  
 Expecta queso parūper ⁊ multo amariora cognosces.  
 Sed vt perfecti⁹ id fiat duo hec gaudia. s. qd̄ est de amo  
 re dei: ⁊ qd̄ nascit̄ de amore sui contra se collocemus: vt  
 magis cognitu elucescāt. Prīmū gaudiū orit̄ de iusticia  
 de veritate: de bonitate: de eternitate: de pulcroz oīum  
 radice. s; scdm̄ gaudiū nascit̄ de iniusticia: d̄ falsitate: d̄  
 vanitate: ⁊ de maloz oīum scaturigine. Prīmū gaudiū  
 oritur de deo ⁊ est fm̄ deū: alterū oritur ex diabolo ⁊ est  
 cōtra deū. Prīmū consolidat: reficit: satiat: vnit hoīem  
 cū deo augetq; ⁊ multiplicat amicitia dei. secundū di  
 uidit: elongat a deo: ⁊ hoīem dei inimicū cōstituit. Pri  
 mū est fm̄ hoīs naturā ⁊ fm̄ ordinē vniuersi: sed alterū  
 est cōtra hoīs naturā ⁊ cōtra ordinem vniuersi. Prīmū  
 pōt haberi de amore dei gratis sine labore: sine expēsis:  
 sine aliozū adminiculis. sed scdm̄ nō habetur nisi cū la  
 bore: cum anxietate: cū merore: cū odio: cū aliozū dāno:  
 ⁊ multis rerū temporalū expensis. Prīmū facit hoīem  
 benignū: mansuetū: modestū: suauē: mitē ⁊ humilē. se  
 cū dum vero imisericozdē: immitē: crudelē: turgidū in

Comparatio  
 seu differē  
 tia duorum  
 gaudiorum  
 adinueniunt



## Dialogus.

statū: superbū. Prīmū gaudium auget: cōseruat: multiplicat vnitatē: pacē: concordia: amicitiam inter hoies. Scdm multiplicat offensiones: inimicicias: sectas: discordias: rixas inter hoies 7 omne malū. Prīmū gaudiū est vitale: salutiferū: desiderabile. gloriosum: honestum Scdm mortiferū est: ignominiosum: aspernabile: ingloriū: inhonestū. Et breuiter vt oia in sūma referā prīmū gaudiū auget amorē ois boni: 7 illūinat letificatqz intellectū. scdm sentina est oim maloz 7 oim vicioz nequissimū desiderii animū hois tenebrosa caligine vehementē obscurans. ¶ Do. Utinā totus terraz orbis exaudiret has voces tuas: credo desineret neqter se amare: se vanis spebus 7 gaudijs attollere: solū creatorē in reliquū amātes: in ipso solo sperātes: gaudētes: exultātes.

**De finali fructu qui nascitur post hanc vitā de amore sui: scz eterna tristitia. Capi. xxviiij.**



**A**y. Opere preciiū erit nunc aduertere quē fructū pariat amor sui post hanc vitam. Sicut supra patuit amor dei gignit post hanc vitā eternū 7 infinitū gaudiū: ita amor sui qui dei amori contrarius est: gignit post mortem eternā infinitāqz tristitiā. Carētia em̄ immēsi gaudiij immensam mestitudinē conarguit 7 omnis mali presentia. Duobus em̄ modis contingit aliquē vehemēter tristari. Primo quādo ea re carere spellitur qua maxime delectatur: 7 que sibi est plurimū necessaria: Secūdo quasi id semper cogit possidere quod sūme odit 7 aspernatr: 7 qd̄ sue nature vehemētissime cōtrariatur. Et tunc excedit oēm mensurā miserie quādo hoc malū qd̄ homo cogitur retinere sue est insi

Duplex tristitia.



tū voluntati. Nunc pauca de primo. Post hanc vitā aīa <sup>De prima</sup>  
 nihil habebit eorū que hic viciose dilexit. nō laudē. non <sup>tristitia.</sup>  
 gloriā. nō voluptatē. nō aurū. nō argentū. nō famā. nō  
 scientiā. Et quia anima erit exuta carne tenebrosa: ideo  
 clarissime seipsas cogitabit: se sentiet: se cognoscet: et in-  
 telliget ad qđ creata fuerat: et quantū erat bonū habitus  
 ra: quod et perdidit: et quare perdidit. conoscetq; qđ ipsa  
 suo vicio infinitū bonū perdidit qđ in eternū recuperare  
 nō poterit. Et licet immēso desiderio estuet hoc bonum  
 accipere (cū illo carere nequeat) intelliget tamē se id nū  
 qđ accipere posse. Et ideo supra quā credi potest dolebit  
 anxiabitur: contristabit. ¶ **Bo.** Reuera incōparabilis  
 miseria et tristitia inestimabilis summo bono vehemen-  
 ter egere: illud votis omnibus exposcere: desiderare. nec  
 tamen aliquādo acquirere posse. ¶ **Ray.** Secūda tristi-  
 cia est: quando anima id semper cogitur retinere quod <sup>Secūda tris-</sup>  
 omnium maxime odit atq; aspernatur. Post hanc vitam <sup>sticia.</sup>  
 (vt dixi) anima plenissime se cognoscet: et ideo videbit se  
 suāq; voluntatem deo inimicā: tortuosam: sibi ipsi con-  
 trariā: inordinatissimā: turpissimā: peruersissimā. Hec  
 itaq; in se considerans se vehemēter odibit: aspernabit:  
 et execrabitur. Hunc etiā malozū suozum fetozem turpis-  
 simū continuū geret in naribus suis: nec a se poterit ex-  
 pellere in eternū. In tantū enim seipsam et suā deformatē  
 odio habebit: vt cupiat penit' nō esse: nō natā fuisse  
 deū vindicem sūdītus interire: angelos omnes et beatos  
 secum in tartara demergi: et omnē creaturā in nihilū re-  
 digi. Verū quia hec fieri nō potuerūt: ideo intollerabi-  
 li merore perfusa amarissima pfusione tabescet frendēs  
 indignās et blasphemās. **Bo.** Merito hec illi misere cō-



## Dialogus.

tingūt: vt qz prius amauit seipsam 7 oīa alia propter se:  
ita postea incipiat primū odisse seipsam: 7 deinceps oīa  
alia odio habeat ppter se. Et sicut pri' nō gaudebat nisi  
de se 7 ppter se: ita postmodū nō tristet nisi de se 7 ppter  
se. Et sicut prius oīa sibi ppter se placuerūt: ita oīa post  
modū sibi ppter se displiceāt. Et q̄ ante se fecerat vt de/  
um: se primū amādo, sibi 7 honore 7 gloriā tribuendo:  
ita tandē sit sub se vilissime deiecta: contēptibilis: igno/  
minosa: ingloria. Sed ne te impediā qd̄ cepisti psequē/  
re. ¶ Ray. Anima hinc transiēs ad infernū secū desert  
similitudines 7 imagines opoz suoz: que qz fuerūt con/  
tra deū: cōtra iusticiā: cōtra veritatē. atqz ideo erant de/  
formia: sordida: falsa: abhominata. Euz igit̄ hec opera  
sua cōtinuo ante oculos suos habeat: 7 perpetuo habe/  
at. ideo erit in cōtinua perpetuaqz mesticia: 7 oīs ei' re/  
cordatio. oīs visio. oīe suū nolle 7 suū velle: 7 quicquid  
in ipsa est erit illi summe acerbū: summe amarū: infinite  
causa mesticie 7 angustie. ¶ Bo. Hinc manifeste colli/  
gimus qd̄ aīa humana hic viuēs ptra deū 7 male operās  
thesaurizat sibi iram in die ire: 7 aggregat sibi eternam  
miseriā: angustia: tristitia. 7 condit constituitqz sibi ipsi  
suā penā: suā gehennā: suam flammā. ¶ Ray. Optime  
colligis. verū vt huius meroris ac mestitudinis possis  
efficaci' magnitudinē agnoscere duo tibi exēpla subijciā  
Primū est. oīs hō quātūlibet malus abhorret oēm tur/  
pitudinē in rebus suis: 7 quāto res illa sibi fuerit ppin/  
quior tāto magis odit illic eē turpitudinē. Odit em̄ tur/  
pitudinē sue dom': sue pingis: sue sobolis: maxime aut̄  
sue corporis. Ita 7 aīa post hāc vitā: suā turpitudinem  
aspiciēs vehemēter aspernabit. nec vlla ratione poterit

Nota ex  
empla



sustinere. Videbit em̄ tanq̄ in libro oīa sua mala cōscri-  
pta q̄ contra iusticiā gessit 7 pietatē: 7 ei sine termino di-  
splicebūt. Nō tamē ideo qz deū offenderit: sed qz de sua  
natura deformia sunt 7 oīni odio dignissima. Scdm̄ ex Aliud ex-  
emplum  
emplū. aīa sentit corporis dolores: passiones: infirmita-  
tes: 7 de hīs plurimū p̄tristat. Ergo multo amplius in  
inferno suā ipsius sentiet infirmitatē: suā feditatē: corru-  
ptionē: perversitatē: malignitatē: 7 impietatē. 7 immē-  
so ineroze atqz perturbatiōe percussa cassos erūpet in ge-  
mitus 7 suas clades querulabit. ¶ **Bo.** Oīm infelicit-  
simā aīam q̄ propter momētaneū nescio quid gaudij in  
tam immensas mestitudines eligit destinari.

**Quod deus creator 7 ipse oēs creatu-  
re: corpus quoqz ipsum: aīam miserā persequentur.**

Capitulū. xxix.



**D**icitur. Nō solū quidē aīam condēnatam sue neq̄-  
cie p̄sequētur: sed etiā a creatore 7 a creaturis  
7 ab ipsis sui corporis mēbris dolores maximos  
sustinebit. Primo a creatore. nā ex quo ipsa superba deū  
despexit: 7 seipsam vt deū amavit: coluit 7 exaltauit: se  
qz pro deo ab alijs amari et honorari voluit. Deinde qz  
se inimicā dei capitalem suā illi gloriā auferēdo consti-  
tuit. Tertio quia in suo honore 7 voluptate maxime ga-  
uisa sit. Quarto qz innumeris dei beneficijs ingrata ex-  
titit: 7 ipsis tamē vsa beneficijs auctore tantoz munerū  
contēpsit. Quinto qz deū omnīū benignissimū: dulcissi-  
mū: optimū: a sua mente neq̄ter excludit: 7 ipsum deoz  
sum deprimens se super illū erexit. Sexto qz suā volun-  
tatem statuēs dei creatoris voluntatem reiecit. Septi-



## Dialogus

mo q̄ creatoris sui imaginē nobilissimā 7 pulcerrimā tā  
fedis 7 nequissimis maculis denigrauit. **O**ctauo q̄ in-  
finitā offensam 7 ingratitudinē infinito contēpto deo in-  
currere nō pertimuit. Quia igitur cōtra deū tanta ma-  
la cōmisit. idcirco infinita tormēta promeruit : 7 toties  
hec ipsa tormēta cumulauit 7 auxit: quoties auxit offensam  
atq; iniuriā. Si em̄ qui criminis lese maiestatis re-  
us est capite trūcatur: que supplicia q̄ tormēta anime  
debent que summā maiestātē 7 immensam dei potentiā  
contēpsit 7 repulit. **A**dernit igitur iram dei vindictāq;  
perpetuā. **D**eus igitur cū sit omnipotēs poterit: 7 cum sit  
sapiēs sciēt: 7 cū sit iustus uolet anime contēptrici 7 ini-  
mice sue penā pro reatu infligere sempiternam. **¶** **D**o.  
Hinc clare patet q̄ preter tristitiā perpetuā quā sibi fe-  
cit suam amādo voluntatē. habet etiā aliā tristicie mise-  
riā per iusticiā dei sibi inflicta: quā promeruit deū con-  
tēnendo 7 rebellando. **S**ed dic mihi obsecro qualē pro  
contēptu suo de⁹ penā aie peccatrici irrogabit: **¶** **R**ay.  
Penā inferni penā ignis perpetui. Quia em̄ oīum rerū  
creatorē contēpsit. ideo sub oīi creatura p̄iciet in locū  
infinū 7 a celo remotissimū in medio terre in loco tene-  
broso: horrido: profundo: infernali 7 acerbissimo. Illuc  
in suū contēptum oīum rerū corporaliū feces descendēt  
in quibus ipsa immergetur 7 ab ipsis vilissimis fecib⁹  
patiet. **E**t q̄ iustū est q̄ oīs delectatio per tristitiā con-  
trariam puniat. **E**t quia inter omēs creaturas ignis est  
maxime afflictiuus. ideo ipsa maligna delectatio corpo-  
ralibus flāmis que semp ardeāt: 7 in eternū nō possunt  
extingui nec minui semper torquebitur. Huic igni ardē-  
tissimo aīa inseparabili vnione colligabitur q̄ eam semp



adurat: nec consumat aliquādo. ¶ **Bo.** Quō p̄t aia cū sit spūalis nature ab igne corporeo tormentari. quō pōt agere id qd corporeū est in aiam spūalem. ¶ **Ray.** Nōne aque baptismatis operantur in aia: agente inuisibili v̄bo dū corpus tingūt 7 cor abluūt. Qd si aliū liquorē: puta vinū aut oleū adhibueris nihil tale continget. Si cut igitur aqua mediante verbo aiam purificat: ita operāte deo ignis gehēne aiam cruciat 7 cōtristat. Et merito id quidē: nā sicut ipsa cum sit spūalis nature potuit 7 voluit in rebus corporalib⁹ delectari: ita etiā poterit (licet nolit) ab ipsis p̄ iusticiā puniri atq; affligi. ¶ **Bo.** Capio qd tu dicis. ¶ **Ray.** Habes ergo quō aiam impiā deus creator p̄sequitur. Audi nūc secundo quō eā p̄sequūtur 7 creature. Quia em̄ amādo suā volūtatē 7 suā laudē dei opificē neq̄ter p̄tēpsit. iō etiā p̄tēpsit oēs creaturas 7 se illis inimicā constituit: 7 maximā illis iniuriā intulit q̄ eas supra creatorē amauerit: 7 ip̄is in de spectū dei turpiter abusa sit. Idcirco armabit⁹ oīs creatura ad vlciscēdum 7 pugnabit p̄ deo orbis terraz̄ p̄tra gias insensatā. A nulla ergo creatura aliqd recipiet aut solacij aut auxiliij. Sed sicut ante in oibus est delectata ita nūc in oibus sit afflicta: imo etiā maxime a semetipsa. Erit em̄ sibi amara: molesta: odoisa: q̄ prius tm̄ se amauerat tm̄ extulerat. ¶ **Bo.** Omnium miserrimā: cui 7 creator 7 creatura oīs 7 ipsa sibi ipsi molestiā inferēt mestitudinē 7 angorē. S; nunqd̄ 7 suū corp⁹ ipsa recipiet ad tormentū. ¶ **Ray.** Imo vero recipiet: 7 ad maximū tormentū: 7 hoc est tertium qd aiaz p̄sequitur. Nōlet em̄ corpus i quo se sp̄ nouit arsurā recipe: s; qz hīc egit p̄tra voluntatē sui p̄ditoris. iō illic 7 cōditor ager penit⁹ contra

Quō ani  
mam perse  
quūtur ip̄  
se res crea  
te.

patietur a  
nima a suo  
corpore qd  
recipiet.



# Dyalogus

polūtātē suē contēptricis: 7 restituet ei suū corp⁹ in quo  
7 cū quo deū despexit 7 sibi ipsi cōplacuit. Sed quale pu  
tas corpus recipiet. Certe oīno tale quale ipsa maxime  
nolit. Accipiet ergo corpus caducū: fragile: passibile.  
sed vt cōtristet magis ideo erit immortale. Erit quoqz  
obscurū: obscenū: tenebrosū: tardū: graue: spissū: hor  
ridū: deformissimū. Si summā eoz q̄ in hac disputatiōe  
differuī meminisse volueris: facile ex istis duob⁹ amozi  
bus duas inuenies esse ciuitates q̄ vtriqz amozi respon  
deāt: 7 vtriqz dueniāt amatozi. ¶ Bo. Has quidē ciui  
tates licet aliquantulū viderim: cupio tamen eas mihi  
apertius ostendi. ¶ Kay. Duo primū amozes: amor scz  
dei: 7 amor sui cū sint inter se plurimū contrarij: duas  
inter se cōtrarias gētes instituūt. q̄ qz capitales adinui  
cē sunt inimici. ideo necē est duas esse contrarias ciuita  
tes lōgissime a se distātes: q̄ in eternū has gentes ab in  
uicē separēt 7 secludāt. Omnes em̄ hoies q̄ seipos amāt  
(qz vnus nature sunt) in vnā harū claudētur ciuitatū.  
qui vero deū amāt leuabūtur in alterā. Amātes seipos  
tanq̄ dei hostes remotissime a deo p̄icient. Amatores  
autē dei cū ipso p̄pinquissime locabūtur. Illi in infimo  
precipitati in inferno iacebūt: isti supra oēs celis subla  
ti in altissimis cōregnabūt. Illi subter oēm creaturā p̄  
iecti delitescēt: isti supra omnē creaturā erecti alacres  
subsiliēt Illi sicut habuerūt amorē strictissimū: ita 7 ar  
tissimū habebūt locū. isti qz habuerūt amplissimū amo  
rē: ita 7 latissima celoz regna possidebūt. Illi qz habue  
rūt amorē terrestre 7 graue (nichil em̄ est amorē pro  
prio pōderosius) ideo ad ima tartara descēdent. isti qz  
habuerunt amorē dei q̄ leuis est 7 facilis: iō ad altissima

Nota duas  
ciuitates  
cōtrarias.





loca p̄scēdent: vt sint leuia fursum ⁊ p̄derosa deorsum.  
**¶** Bo. facile nunc has duas ciuitates intueor: quarū  
 vna sit gaudij: altera meroris: vna dilectiōis altera odij  
 ⁊ rācoris. Vna vite perpetue: altera mortis sempiter-  
 ne. Vna in q̄ recipiant amici: altera in q̄ precipitent in-  
 mici. Vna bonoz hōim: altera maloz. Vna palaciū re-  
 gnātium: altera carcer p̄uaricatoz. Vna in q̄ superes-  
 fluit om̄e bonū: altera in qua redūdat om̄e malum.

**Sicut homo obligatur ad amorē: ita**  
 etiā ad odiū. ⁊ de odij proprietatibus. **Cap. xxx.**

**R**aymūndus. **E**ffet quidē nunc merito hui⁹ dya-  
 logi finis nisi cōgruū esset vt sicut de amore ita  
 ⁊ de odio etiā pauca dicamus. Vno em̄ posito  
 alterū clarius elucescet. Nā sicut volūtas humana amo-  
 rē habet: ita habet ⁊ odiū. Amor tamē primū obtinet lo-  
 cū: odiū vero sc̄dm. Qd̄ si volueris huius odij virtutes  
 ⁊ proprietates agnoscere: ex amoris pp̄rietatib⁹ eas fa-  
 cile deprehēdes. **Quarū** prima est. sicut homo obligat⁹ <sup>de proprie-  
 tatib⁹ odij.</sup> ad amandū deū ex toto corde: ex tota aīa: ⁊ ex tota virtu-  
 te: studiose: fortiter: indefinēter. ita homo obligat⁹ de iu-  
 re nature ad odiendū quicq̄d est contra diuinū honorē:  
 ex toto corde: mēte: ⁊ virtute. **Secūda** p̄ditio: sicut hō  
 tenet amare oēm creaturā inquantū dei factura est: ita  
 nullā pōt odisse. sed sicut primo amat oīum rerū factorē  
 ita secūdo oēs debet amare facturas. **Tertia:** sicut hō te-  
 netur primo amare deū: ita debet primo odisse q̄cqd est  
 contra deū. **Debet** ergo odisse principaliter propriā vo-  
 lūtatē: propriū amorē: honorē: gloriā: laudē: ⁊ volupta-  
 tē. **Quarta** cōditio. sicut homo tenet primo amare deū  
 ⁊ oīa que dei sunt: ita tenetur abhominari pp̄riā volūta-



## Dialogus

tē ⁊ oīa que eā ppinquius comitant. auariciā. inuidiā. iram. accidiā. luxuriā: ex quib⁹ omē malū germē emergit. Nam sicut ex vno amore multi amores: ita ex vno odio multa odia generant. Quinta: sicut ex ppria volū tate nascit dei contēptus. dei offensa. dei grauis iniuria ideo tenet odisse tota virtute dei offensam ⁊ dei iniuriā. Sexta: sicut homo obligat immediate post deū amare suā imaginē viuā: ita et debet odisse omē id qđ pōt hanc imaginē deformare. denigrare. destruere: qualia sūt vicia: peccata: delicta. Ex isto sequit qđ sicut homo tenet diligere oēm aliū hoīem sicut seipm: ita omē malū alterius ⁊ incōmodū debet execrari sicut suū. Septima proprietates est: qđ sicut amor vnit amante cū amato: ita odium diuidit odientē a re quā habet odio. Et sicut oīs vnio vel cōiunctio fit per amorē: ita per odiū fit oīs separatio atq; diuisio. Octaua: sicut amor induit amātes re amata ⁊ in se trāsformat. ita odiū expoliat volūtatē a forma rei exose ⁊ longius a se profectat. Nonā: sicut amor nō potest cogi nec violētari nec restringi: sed pergit libere quocūq; pergit. ita ⁊ odiū cogi nō potest nec coartari. Decima: sicut tantū se extendit amor quātū ⁊ res primo amata: ita etiā tantū se odiū extēdit quantū se extendit res principalr exosa. ¶ **Bo.** Notatu dignissime he sunt odij pprietates ⁊ intimis viscerib⁹ collocande.

**Quod sunt duo prima odia sicut duo primi amores: ⁊ de odiorū fructibus.** Capi. xxxj.



**B**ymūdu. Nūc de duobus odijs ⁊ odiorū fructibus pauca dicamus. Sicut sunt duo primi amores. amor. scz dei: ⁊ amor sui. ita duo sunt



odia prima. odium dei : 7 odium sui. Et sicut duo isti a/  
 mores sunt inter se cōtrarij 7 capitales inimici : ita hec  
 duo odia maxime p̄trariant. S; amor dei 7 odiū sui op-  
 time pueniūt : 7 fiunt hōi in salutē. ita 7 amor sui 7 odiū  
 dei inuicē copulant 7 fiūt hōi in p̄ditionē. Et ideo q̄ re/  
 cedit ab amore sui : necesse est vt p̄gat in amorē dei. 7 q̄ re/  
 cedit ab amore dei pergit peritur⁹ in amorē sui. S; il̄ q̄  
 recedit ab odio sui vadit miser i odiū dei. 7 q̄ recedit ab  
 odio dei p̄git feliciter ad odiū sui. S; in isto p̄cessu hanc  
 intellige differentiā : quā etiā in aqua repies. Aqua per  
 se currit ad frigiditatē : sed violenter inducit ad calorē.  
 Ita voluntas hūana p̄ se vadit ad amorē sui : 7 illic sine  
 adminiculo p̄morat : s; ad amorē dei currere nō p̄t nec il-  
 lic p̄sistere nisi ei⁹ adiutorio pertrahat. ¶ **Bo.** Hoc po-  
 streimū hūilitatē redolet 7 instruit ad timorē. Qui eniz  
 dei adiutorio destruit in suiipsi⁹ amorē relapsus : ad dei  
 grām nec venire poterit : nec etiā si venerit permanere.  
 Sed nūc de odioꝝ fructib⁹ qđ pollicit⁹ es exeq̄re. ¶ **Ray.**  
 Odioꝝ fruct⁹ ex amorꝝ fructib⁹ (quos supra lōga sermo-  
 ne differni) poteris intueri. Nā sicut amor dei est opti-  
 mus : ordinat⁹ : iustus : sanctus : 7 sic de ceteris. ita odiū  
 dei e diuerso est pessim⁹ : inordinat⁹ : iniustus : impius 7 sic  
 de alijs p̄ditōib⁹ appositis. Et sicut odiū pp̄rie volūta-  
 tis est bonū : sc̄tm̄ : meritorū. ita amor sui malus ē sacri-  
 legus 7 p̄ditissim⁹. Quia igit̄ ex bono amore orit̄ odiū  
 bonū : 7 ex malo malū. iō p̄gruēter dicim⁹ illos fructus  
 nasci ex bono odio q̄ nascūt̄ ex amore bono. 7 illos ex ma-  
 lo odio ḡnari q̄ generāt̄ur ex amore p̄uerso. Certe nunc  
 audisti q̄ te de amore deq; odio scire oporteat : puto nō  
 i gratā me tibi hodie disputationē texisse. ¶ **Bo.** Imo dō



De odioꝝ  
fructibus.



## Dyalogus

gratissimā: nec pōt quicq̄ sancti? salubriusve dici q̄ qd̄ te hodie dixisse gratulor. ¶ Ray. Nō minus libēter auditur? es? nec minus vtiliter q̄ post meridiē sumpto prādio loquuturus sum. Verū qz ad cibū nos nūc ⁊ fames ipsa ⁊ cocus inuitat: paululū ab studio animū reuocemus. ¶ Bo. Licet optimo me nunc cibo qui mentē nutrit saginaueris: nec magnopere carnalis me mensa delectet: libens tamen tecū ad prandiū comitabor.

¶ Finit tertius dyalogus. quō deū optimū maximū debemus honorare. Incipit quartus quomodo debemus deum timere: adorare: laudare: honorare.

**Sequitur alia quedam debita ultra amorem q̄ hō tenet reddere creatori suo. La. xxxij.**

**B**ymūdus. Resumptis iam a mensa paululū viribus dignissimū: dixi tibi nunc demonstrare alia quedā debita preter debitū amoris: que merito obligat homo suo reddere creatori. Tu queso diligenter ausculta. ¶ Bo. Nō necesse habes addere calcar equo sponte currēti. Tu tantum ne fatigeris rogo. ¶ Ray. Cum igitur homo sit dignissimū opus maximi creatoris sui: ideo quicq̄ ab illo in se accepit. q̄cqd̄ etiā pōt totū obligatur restituere ⁊ refundere in obsequiū artificis sui. Opus em̄ seu factura intellectualis q̄lis est homo ex parte aīe tenet nō solū amare factorē suū: s; etiam timere: laudare: honorare: glorificare: adorare: supplicare: orare: deprecari: credere: confidere: magnificare:

Nota debi  
tum anime  
humane



benedicere: et pro acceptis beneficijs gratias agere: gaudere et exultare. Quid enim debet creatura aliud amare quam dominum creatorem suum. Quae alium debet ipsa factura vel timere: vel laudare: vel magnificare: vel supplicare: vel adorare: vel deprecari: quam ipsum optimum et unicum factorem suum a quo accepit imaginem dei vivam: intelligentem: amantem: memorantem. A quo est homo supra ceteras res nobiliter conditus: ferventius amatus: omnibus prepositus: ad suam amicitiam vocatus: et cum illo in eternum regnaturus. **¶** **Bo.** Re vera is tantus opifex: tam munificus: tam summe benignus: merito est ab homine diligendus: metuendus: honorandus: et pro immensis acceptis beneficijs iugiter collaudandus. **¶** **Ray.** Hinc iam pulchre ex his proprietatibus quae in se homo accepit potest agnoscere quod suus conditor in se habeat proprietates: et quod illi iugiter tenet offerre. Nichil medium inter deum et homines: ideo inter eos est proportionalis correspondentia. et ideo ex conditionibus quas in se habet homo in quantum homo potest arguere conditiones quas in se retinet deus. Sequitur ergo quod sicut homo potest amare: conoscere: timere deprecari: ita deus est amandus: cognoscendus: timendus: deprecandus. Homo potest laudare: benedicere: admirari et gratias pro beneficijs agere. ergo deus est laudandus: benedicendus: admirandus et regraciandus. Homo potest credere: sperare: confidere. ergo deo est credendum: in ipso sperandum et confidendum. Homo semper querit veritatem: diligit bonitatem: amplectitur fidelitatem. ergo deus est verax et bonus et fidelis. Homo potest in immensum concupiscere: ideo deus potest in infinitum concupita tribuere. Homo potest benefacere et beneficia multa mereri: ergo deus potest ipsum remunerare et beneficia copiosa largiri. Homo potest peccare:

*Et proprie  
tatibus quas  
in se homo  
habet. potest  
agnoscere  
quid suo de  
beat opti-  
mo creato-  
ri.*



## Dyalogus.

pōt cadere: pōt reus existerē: ergo de⁹ pōt peccantē pu  
nire: lapsus erigere: reū iuste torq̄re. hō pōt post reatū  
veniā petere. iō de⁹ pōt vt misericors veniā donare. **Bo.**  
Verba tua lucēt 7 ardēt. Lucēt vt deū videā: ardent vt  
deū diligā Atq; ex hoc p̄ncipio magna cōiicio te dictuz.  
**Quod vnūquodq; debitū habet p se**  
ppriā rationē specialē q̄re debeat deo dari. **Ca. xxxiiij.**

**R**ay. Licet rōne obligationis amoris hō teneat  
etiā deū timere. honorare. laudare. 7c. tñ vnū  
qdq; istoz debet deo ppria et specialī ratione.  
Alia est em̄ ratio q̄re debet amari. alia q̄re timeri: 7 alia  
quare honorari. Ideo em̄ de⁹ debet principalit̄ amari:  
qz ipse est sūme 7 singulariter bonus: dulcis: suauis mu  
nificus: liberalis: pius atq; prestabilis. Debet etiam in  
infinītū amari: qz in infinitū bonus est: 7 solus 7 sp̄ bo  
nus. Sc̄do de⁹ debet timeri: qz deus est omnipotēs: magn⁹  
fortis: terribilis: q̄ potestātē h̄z corpus 7 aiām pdere in  
gehēnam ignis. Et qz ipse est infinit⁹ 7 prim⁹ 7 solus et  
verus dñs: ideo est infinitū 7 principaliter 7 solus 7 ve  
raciter metuendus. Tertio deus est honorandus: eo qz  
est summū omnium rerū p̄ncipiū. Et quia deus est pri  
mū 7 immensum 7 solū 7 verum p̄ncipiū. ideo est pri  
mo 7 solus 7 vero corde honorādus. Quarto de⁹ est lau  
dādus 7 glorificandus: quia est oīum rerū conditor ad  
mirabilis. Et qz ipse summus est 7 optimus 7 sapiētis  
simus 7 primus 7 solus artifex. ideo summe 7 sapienter  
7 singulariter laudandus est glorificandus 7 admiran  
dus. Quinto deus etiā credendus est: quia verax est. Et  
qz ipse est summa 7 infinita 7 prima veritas: ideo sūma

De⁹ debet  
amari.

Debet ti  
meri.



7 maxima ei debet credulitas adhiberi. Sexto in deo quoque sperandum est: quia potest 7 nouit 7 cupit iuuare: liberare: redimere: consolari: saluare. Et quia solus 7 summe 7 semper omnia potest: ideo summe 7 singulariter 7 semper in ipso sperandum est 7 confidendum. Possem per singula discurrere. sed puto competenter hec pauca sufficere.

**¶** Bo. Saluberrima sunt uerba que loqueris 7 que maxime deceat hominem (que summi aditoris plasma nobilissimum est) agnoscere. Huic enim soli competit dominum deum suum amare: timere: honorare: reuereri. a quo 7 ipse prius amatur: sublimatus: ditatus: 7 mille beneficijs nobilitatus est.

**De timore: 7 de duplici timore: 7 eorum conditionibus 7 fructibus.** *Lap. xxxiiij.*

**A**ymudus. Nunc superest ut in speciali de timore deoque honore aliqua differamus. Et primo de timore. Cum enim amor sit principale debitum ad quod obligat homo: ideo ad ipsum sequitur omnia alia debita. Nec quicquam potest donum vel debitum appellari: nisi ratione amoris. Et ideo si non amaueris deum: digne timere nec honorare poteris. Nam sine amore timor acerbus est: 7 penam habet: 7 homo adulatione redolet: non ueneratione. Nota ergo differentiam amoris 7 timoris. Amor enim donum liberale est: 7 cum summa exultatione deo tribuitur. Sed timor si solus fuerit cum fatigatione deo donatur 7 sine fructu. Si uero iungatur amor: tunc spontaneus fit 7 a seruitute manumissus: 7 omnem merorem conuertit in gaudium. Alia differentia timoris 7 amoris est. Nam amor dei multiplicatur in infinitum: sed timor dei non se extendit nisi ad unum solum.

Nota differentiam inter timorem et amorem



## Dyalogus.

vnū deū creatorē diligit multa per illū ⁊ propter illū di-  
ligit: sed quī deū solū metuit nihil preter illū vel cū illo  
metuit. Et sic amor se extēdit ad oīa ad q̄ res amata: s; timor nō ita. Optima tamen est mixtura amoris cū ti-  
more: q; timor vnit ⁊ cōplicat amorē fortius cū amātissi-  
mo conditore. Ideoq; timor ⁊ amor sunt quasi due ca-  
tene q̄ colligant ipsam hoīs voluntatē cū deo: ⁊ sese mu-  
tuo fortificant. ¶ **Bo.** Intus sapio qd̄ dicis. Ex quo  
em̄ creatura rationalis facta est de nihilo: ⁊ deus condi-  
tor infinite est maiestatis: ideo debet creatura cū timo-  
re diligere: ⁊ amando timere: vt fiat sermo q̄ script⁹ est.  
Exultate dño cum tremore. ¶ **Ray.** Optime sapis: at  
nūc timorē ipsuz diuidam⁹. Sicut est amor dei ⁊ amor  
sui: ita est ⁊ timor q̄ oritur ex amore dei: ⁊ timor q̄ nasci-  
tur de amore sui. Horū timorū ista est differentia. Nam  
primus timor sanctus est: iustus: bonus: ⁊ fm naturam  
ordinatus: habetq; oēs pdiciones amoris dei. Sed ti-  
mor secundus malus est: impius: iniustus: inordinatus:  
qualis est su⁹ amor de quo nascit⁹. Secūda differētia est:  
q; timor dei nō multiplicat⁹: sed semp vnus ⁊ solus est.  
Qui em̄ deū timet nihil aliud timet: sed timor sui multi-  
plicat⁹ in infinitum ⁊ multo amplius q̄ suus amor: q; ex  
vno amore malo nascunt⁹ infiniti timores. At qm̄ timor  
penā habet: ideo quilibet hoz penā cōfert: tristitiā ⁊ mi-  
seriā. ¶ **Bo.** Hinc plane intelligo quāta sit amoris pro-  
prij virulenta nequicia: quantūq; noceat se habentē: qui  
tot timores pessimos de se pducit. ¶ **Ray.** Recte tu in-  
telligis. Nam q̄ primo amat seipsum timet se perdere:  
timet destrui ⁊ corrūpi. ideo oīa illa timet q̄ se perdere  
possunt ⁊ corrūpere. Ideoq; timet mortē: pestē egrota

Timor di-  
uiditur.

No. v. bis  
ferētia du-  
orum timo-  
rum.



tionē. Timet terrā: aquam: aerem: ignes. Timet famē  
 sitim: 7 cūcta que illi possunt preripere vitā. Preterea qz  
 amat suū honorē: suā laudē: suā voluntatē: ideo timet p  
 dere famā: gloriā: excellentiā. Timet ignominā: diffā/  
 miā: probra: vituperia. Timet quoqz tormēta: frigora:  
 calozes: paupertates: penurias: angustias. Et qz omīa  
 diligit ppter se: ideo timet perdere amicos: filios: vxor/  
 rem: domus: agros: pecunias: mācipia: aīalia. ¶ **Bo.**  
 Nunq̄ tāta timeret: nisi vnū aliquid nimis neq̄ter ama/  
 ret qd caducū est: 7 fragile: 7 miserū. qd qz labi pōt: de/  
 strui 7 auferri. ¶ **Ray.** Hīnc igitur tertiā nunc p̄sidera  
 horū timoz differentiā. Hā timoz de amore dei solidus  
 est: vegetus: robustus: qz suus amor hoc diligit qd mi/  
 nui nō pōt neqz corrūpi. sed timoz de amore sui fragilis  
 est: caducus: 7 instabilis: qz res oēs quas su⁹ amor am/  
 plectit cōcidere possunt atqz perire. Quarta differētia:  
 qz timoz dei facit eū qui se possidet (qz solū deū metuit)  
 7 sui ipsius 7 oim sub se rerū dominū: 7 oīa illū timent 7  
 subiecta sunt pedib⁹ eius celū: terra: maria: 7 que in eis  
 sunt oīa. Sed timoz de amore sui reddit eū qui se possi/  
 det omniū rerū seruū miserabilē: trepidū: fluctiuagum:  
 mutabūdum. Hīnc seq̄tur quinta differētia q̄ timoz bo  
 nus est s̄m naturā hoīs inq̄tū hō est: 7 est s̄m deū: 7 s̄m  
 ordinē vniuersi. Sed timoz malus est cōtra deū 7 cōtra  
 naturā hoīs qui est a deo oīum rerū dñs constitut⁹: 7 cō  
 tra naturā vniuersi qd debet seruire homini non dñari.  
 ¶ **Bo.** Lūcta que dicis verissima sunt 7 vehemēter ho/  
 minē permouēt fugere timorē hunc pessimū: 7 solū deū  
 timendo diligere: 7 diligendo timere. ¶ **Ray.** Ex his  
 differētij vtriusqz timoris satis ambo 2 proprietates po



funt intelligi nec opus est expertius explicare. Porro si  
 volueris horū timorū fructus agnoscere vide supra q̄ sūt  
 fructus amoris dei: 7 q̄ fructus amoris proprii. 7 sicut  
 illic agnoueris: ita 7 istos agnosce. Hoc etiā scito q̄ si  
 cur his duobus amoribus duo opponūtur odia sicut an  
 te diximus: ita istis duobus timoribus duo obijciūtur  
 contēptus: 7 q̄cquid illic de odijs diximus: hoc 7 de cō  
 tēptibus debere dici intellige. Ad alia festinantē supflū  
 is inherere nō debeo. ¶ **Bo.** Te supposito libēter: nā sa  
 tis recentē memini q̄d de duob⁹ odijs supra differueris.  
**De honore: 7 q̄ omnia deus fecit pro**  
 pter suū honorē 7 hoīs vtilitatē. Et valde pulcre p̄side  
 ratiōes oriūtur ex eo q̄ deus fecit omnia ad suū honorē.

Capitulum. xxxv.



**Ay.** Sicut homo debet dño deo timorē: ita et  
 honorē. Sed anteq̄ de obligatiōe honoris ali  
 q̄d loq̄mur primo de ipso dei honore pauca di  
 cenda sunt. 7 dū cognoueris honoris 7 reuerētie pprie  
 tates: agnoscas 7 honoris obligatiōes. Huīus igit nar  
 ratiōis hoc sit initiū. Omne q̄d dñs deus operat⁹ est in re  
 rū creatione: totū propter suū honorē id operat⁹ est vel  
 ppter hoīs vtilitatē. Deus em̄ cū sit oīm bonorū 7 pul  
 croz ditissimus possessor 7 copiosissime plenus seip̄o. iō  
 intra se crescere nō p̄t. Nō ergo accipit a rebus aliquā  
 vtilitatē: sed solū extrinsecū honorē. Nō vero cū sit crea  
 tura de nihilo facta semp̄ indigens 7 de se ad nihilū ver  
 gens: idcirco crescere p̄t interi⁹ in bonitate: in verita  
 te: in oīm perfectiōe. 7 ideo ei debetur vtilitas seu p̄mo  
 dū: s; honor nequaq̄. De⁹ igit qui oīa opatur principa  
 liter ppter seip̄m: 7 q; intus crescere nō potest: iō omnia



opatur extra se ppter suū honorē. Et cū sit summe bonus: ideo oīa opat ppter creaturarū vtilitatē. Verū qz inter creaturas q̄ttuor graduū hō est magis ab illo dilect⁹ ⁊ nobilitat⁹: estqz illi imagine ⁊ similitudine lōge propinqoz: idcirco oīa opatur deus ad suū extrinsecus honorē: ⁊ hoīs intrinsecus vtilitatē. Hoc scire te cōuenit: qz quāto deus est in infinitum omī creatura sublimior: ita in infinitū distant honor dei ⁊ vtilitas creature. ¶ **B**o. hinc palā intelligo. qz licet deus oīa operet ppter suū honorē ⁊ creature cōmoditatē: multo tamen principali⁹ suū intendit honorē q̄ vtilitatē creature. Verū qz vtilitas semp colligata est cū honorē: iō quāto amplius suū respicit honorē tāto ⁊ ampli⁹ creature considerat vtilitatē. Et sicut nihil p̄t facere deus cōtra suū honorē: ita nec contra creature cōmoditatē. Hanc autē cōmoditatē maxime participat hō ppter quē oēs creature vtilitates a bono deo cōdite sunt ⁊ institute. ¶ **R**ay. Sane intelligis. At nūc ego nō indignū iudico ponere aliquas cōsideratiōes q̄ oriunt ex hoc qd̄ deus oīa operatur ad suū honorē. He consideratiōes pulcre sunt ⁊ notatu dignissime. Prima est. nā qm̄ deus oīa ad suū operatur honorē. ⁊ cum ipse sit summa potestas: sapiētia: bonitas. hinc sequit qz omīa operatur h̄m honorē sue summe potētie: bonitatis ⁊ sapiētie. Quicūqz igitur nō aspicit ex rerū creatiōe dei honorē ⁊ gloriā vero lumine cecat⁹ est: nec pōt quicq̄ de dei operib⁹ intelligere. Scda cōsideratio orit ex prima. nā ex quo de⁹ oīa opatur ad honorē sue bonitatis: iō semp vtilitas includit in honorē: ⁊ p̄sequēs oīa operatur ad hoīs vtilitatē. Tertia cōsideratio: nam qm̄ deus omīa operatur ad honorē sue po-

No. hic nonem cōsiderationes.



## Dialogus.

testatis: ideo opera sua in summa virtute et summa potentia operatur est. Et quia omnia operatur ad honorem sue sapientie: ideo opera sua summe sapienter: ordinatissime: proportionabilissime: et congruentissime operatus est. Quia vero ad honorem sue bonitatis operatur: ideo omnia optime: liberalissime: beniuolentissime: et vtilissime operatur est. ¶ **Bo.** Hinc sequitur quod in diuinis operibus nihil potest esse improporcionatum: incongruum: inutile: infirmum: superfluum: diminutum: inordinatum. ¶ **Ray.** Recte tu quidem. Quarta consideratio est: quod quia dominus deus operatur omnia ad suum honorem et gloriam. hinc sequitur quod quanto honor maior: et gloriosior fuerit: tanto magis deo competat. et quanto opera eius sunt magis ardua: sublimia: mirabilia: subtilia: difficilia: tanto magis pertinent ad honorem sue potentie: sapientie et prouidentie. Et quanto fuerint magis vtilia: communia: suauia: dulcia: iocunda: doctrinalia: tanto pertinent magis ad dei dulcissimam bonitatem. Idcirco competit deo (ut suus honor seruetur) tam potenter operari omnia: ut non possit potenter cogitari: tam sapienter: tamque vtiliter ut non possit estimari sapientius quicquam vel vtilius. ¶ **Bo.** Ex isto liquide patet quod omnia dei creatoris opera sunt tam alta: nobile: inconprehensibilia: subtilia et perfecta: ut nequeant estimari meliora. Et licet vnum opus sit altero perfectius: vnumquodque tamen est in suo genere perfectissimum: summe sublime: et impenetrabile. Sed sequere quo cepisti. ¶ **Ray.** Quinta consideratio est. Ex quo enim deus omnia ad suum maximum operatur honorem: inde sequitur quod quicquid magis pertinet ad dei honorem: illud sine periculo homo asserere potest et profiteri. Et ideo magis oportet asserere mundum a deo productum esse de nihilo quam ex aliquo: et de nouo inchoasse quam ab eterno fuisse. Hec enim



**A**y. Nō utiqz pimet semetipm. Tale em opus nec dei honore nec dei iusticiā operat. **Bo.** Quomō ergo poterit vir tāte dulcedinis ⁊ bonitatis occidi. **Ray.** Veniēs em in hunc mūdum inueniet hoies corruptos malos cōtra deū: cōtra iusticiā cōtra naturā: nequissimā vitā agētes: propriā amantes volūtate: ppriā laudē ⁊ gloriā consecrātes. At qm vir iste erit summe bonus ⁊ optimo viuēdi genere perfectissim⁹: ideo necesse erit vt verbis ⁊ exēplis impugnet maloz hoīm vitā: scelera corripiat: opera iniusta castiget. Verū qz veritas odiū parit: hac tali iustissima increpatione multoz cōtra se inuidiā cōcitabit: qui eū ad mortē vsqz iniustissime persequātur. Ipse vero indeclinabile iusticie ⁊ equitatis semitas tenens nec mortis discrimina pertimescēs: magis eliget ab illis occidi: q̄ dei iniuriā dissimulare: aut turpissimas nequicias non arguere. Hoc pacto dabit efficacissimū exemplū imitatorib⁹ suis vt magis velint mortē eligere q̄ aut dei iusticiā deserre: aut hoīm sceleribus assentire. Iste igitur optim⁹ hominū licet mala impioz volūtate perimendus sit: spontanea tamē ⁊ deuotissima mēte ad dei laudē ⁊ hoīs utilitatē hanc mortē intrepidus sustinebit. **Bo.** Nō sufficio tamen mirari qm tanta poterit in hoīb⁹ crudelitas inueniri: vt virū summe mansuetissimū ⁊ fructuosissimū



## Dialogus

Nota quomodo  
lucifer christum  
occidet.

simū velint occidere. Unde queso tāta inuidia: tāta poterit malicia generari? ¶ **Ray.** Breviter. Venus humanū sicut nosti deceptū captiuūqz detinet sub potestate nequissimi luciferi deceptoris q̄ suū in hoibus querit honorē: laudem ⁊ magnificentiā. Iste aut̄ nouus hō nonā hoibus doctrinā pdicabit. ⁊ noua oia (que ad dei honorē ⁊ hois ereptionē pertinet) operabit: quō diaboli regnū in hoibus destruat ⁊ ouellat. Nisi em̄ summis viribus pugnet contra luciferi pertinaciā atqz superbiā irretitū hominē nō poterit liberare. Lernēs igitur serpens antiquus talē tamqz potentē contra se nouū hominē insurgere: ⁊ in quē nullam habeat potestātē: nec per se ledere illū possit nec cohibere: ne predā diu possessam amittat collectis viribus huic homini se obiciet struēs per mēbra sua insidias: fraudes: persecutiōes ⁊ mortes. Maxima itaqz inuidia cōcitatus quosdā nequissimos hoies inflāmabit: qui spiris serpētinis accensi hunc velint hominē perimere ⁊ penit⁹ eradere de superficie terre. Sed nihil pficiet crudelissima malignatio. nā omne pmentū luciferi in suū caput retorquebit. Nam ex quo hunc iustissimū hoiem occidet in quo nihil iuris habet ⁊ illū morti addixerit qui nihil penit⁹ morti debuit: iō iuste omne ius qd̄ in hūano genere habere videbat perdidit. qz cyrographū cui innitebat excessit: ab illo exigens penā in quo nullā repperit culpam. ¶ **Bo.** Hinc clarissime intelligo: quō iste vir maximus demonis fraude ad dei gloriā occisus diabolū suis vinculis irretiuuit ⁊ captiuū sub suo dñio retentabit. Et q̄ primū hoiem fraude decepit: per secundū hoiem subiugat⁹ sit: ⁊ q̄quid per casum ade lucratus est: hui⁹ industria totū amittat.



## De conditionibus et circumstantiis

quas hec mors preciosa est habitura. *Capitulum lx.*



**A**y. At quoniam satis iam nosti quod hec mors preciosa huius mitissimi et maximi viri est humano generi summe necessaria. ideo quas circumstantias (ut magis nobis fructuosa fiat) sit habitura debes aduertere. Primo cum vir iste omnium dulcissimus sit ex mera ad nos miseros passione moriturus: ideo mors eius erit omnino spontanea: deuota: amore et charitate plenissima. Secundum sequitur ex primo videlicet quod ista mors non erit fortuita nec violenter nec fraudulenter ipso ignorante ingesta: sed erit per hunc ipsum ab eterno prouisa et certo tempore et ordine et loco et modo quo voluerit preparata. Tertio ut hec mors sit admodum nobis fructuosa: id est erit sustinenda amarissima. erit etiam turpis: probrosa: contumeliosa: ludibrijs et ignominijs plena. **S**o. Hec est huius optimi miseratoris benignitas infinita: ut non solum simplicem mortem: sed et penis maximis et vituperijs referam perferre sua sponte dignetur. At ideo hec mors nostram mortem et omnem iniuriam et mille scelera facile euacuabit. **K**aymudus. Verum dicis. Hinc iam citius accipis quartam huius mortis conditionem quod ingeretur huic viro in loco publico et solenni: in clara luce: in meridie: in festo die: et in frequentia aspectuque innumerabilis populi cum impijs et scelerat. Hec homines nequissimi instigante diabolo (quod occultas in hunc virum exercet inimicicias) perpetrabit quo mors ista fiat omnium turpissima: ignominiosissima et cunctis hominibus execranda. Ipse vero hec omnia leto et deuoto animo sustinebit: sciens quod mors sua nobis conuertet in



## Dialogus

vita: et contumelia atque ignominia transibit in gloriam.  
**C**ho. Magnū profecto pietatis mysteriū: quod per tam  
enormē hominum maliciā: nostrā est maliciā destructurus.  
Imo vero ipsa malicia destruet semetipsam. et quāto ro-  
bustius super hunc virū incubuerit: tanto ipsa facilius in  
omnibus pessundabitur. Mors enim hec sanctissima sicut  
per iniquitatem committitur: ita et propter iniquitatem  
tolleratur. et sic potest utraq; iniquitatē perimere: et qua  
commissa est: et propter quā perpeffa est.

**Declaratio quod rationabiliter sequitur**  
saluatio humane nature per hanc mortē. *Cap. lxxj.*



**D**ixi. Nunc faciliter licebit aduertere quomodo hec  
mors sit nostra vita: et ista perceptio sit nostra  
saluatio. Nam cum iste quod hanc mortē patitur sit deus  
et dei filius: ac perinde infinite dignitatis. ideo et mors  
ista quam offert deo est in infinitum preciosa et meritoria.  
Tenet igitur iustus deus qui per hanc mortē in infini-  
tū honoratur est: premiū reddere infinitū. At quomodo vir iste  
cum sit plenus omnibus bonis: ut puta verus deus: ideo sicut  
nullo eget: ita nihil recipere pro se potest. Cum igitur necesse  
sit deum aliquid quod maximū sit largiri et iste recipere non  
possit. relinquat ergo ut isto volente et annuente alicui alie-  
ri detur quod hoc bono maximo summopere eget et carere  
non possit. Sed cui convenienter rogo dabit vir iste mor-  
tis sue fructū et tanti boni heredes efficiet quod parentes et  
propinquos et fratres suos quos videt summa pauper-  
tate deficere et mille calamitatibus fatigari. Habet igitur  
hominibus infinita merita sua quibus obligationē redi-  
mat: culpas soluat: deum iratum mitiget: et a diaboli laque



is resipiscat. Ecce mi dñice inuenit hūana natura i hoc vno hoie qđ sponte 7 non ex debito deo tribuat qđ vere suū sit: hoc dñi tribuerit de dei manib⁹ 7 tormētis innumeris se redemit. ¶ **Bo.** Patet igit qđ oīs homo qui ad gratiā huius viri accesserit: 7 illi cū bono affectu inhere re voluerit liberabit ab omī quo irretitus est malo: 7 ad recōciliationē plenissime transfereť. Qui vero hanc gratiā aut p̄tempserit aut dissimulauerit iste in eternū peribit reus sempiterno delicto: nam 7 ira dei permanet super eū. ¶ **Ray.** Nihil verius. Debes p̄terea nosse qđ duplici iure huic hoī debet regnū celoz. Primo rōne filiatiōis: qđ ipse etiā vt homo erit charissimus dei filius solus: semp faciēs beneplacitū patris. Hui⁹ grā sibi soli promeret regnū celoz 7 nulli alteri. Scđo merito sue dignissime passionis: 7 hanc grām dabit fratribus suis vt fiāt heredes dei: coheredes autem sibi. ¶ **Bo.** Iste sunt summe 7 impreciabiles diuitie quib⁹ merito mortis eius oīs nostra paupertas expiet: 7 infinitis bonozū oīum thesauris repleat. ¶ **Ray.** Sed nunc iam intuere qđo hec mors oēm culpā humani generis 7 omnē offensam exterminet. Quadruplex est culpa. Prima est originalis generalis: 7 hec est primoz culpa parentū superinducta in omne hoīm genus. Alia est culpa originalis particularis quā quelibet aīa humana cōtrahit dū vicia te carni sociat. Tertia est actualis q̄ post vsum rōnis ab vnoquoqz cōmittit q̄ quotidie in hoie sine numero multiplicat. Porro hec mors summe preciosa primo 7 principaliter q̄ cito fuerit effecta tollet culpā illā generalē q̄ vna erat 7 late diffusa in tota hūana natura: atqz hoc modo penitus renouabit. Sed alie due culpe particulares

Nota quod  
modo mors  
erasti omne  
culpam ex-  
terminat.



## Dialogus

nō statim tollētur post hanc mortē nisi in illis tantū qui huic optimo viro inhererint 7 in suis se mēbris credendo 7 amādo cōstituerint. Paruuli autē qui nō habēt vsuz arbitrij sicut habēt solā culpā ab alijs cōtractā: ita poterūt huic viro per alios qui adulti sūt inherere: 7 hoc eis sufficit ad salutē. Qui vero vtitur arbitrio et huic viro nō inhererit: nec eius signaculū discretionis susceperit peribit aia illa de populo suo. ¶ **Bo.** Cū ingenti te audio voluptate. Sed q̄ est illa quarta culpa quā nondū tetigisti. ¶ **Ray.** Ipsa est culpa personalis oīm maxima: culpa inquā illorū qui hūc virum benignissimū occisuri sunt. ¶ **Bo.** Cum hic vir sit infinite bonitatis 7 maiestatis: nō puto q̄ mors eius (que tā iniquis manib⁹ cōsummabit) possit eā culpā delere qua perpetrat: cū ipsa circa hūc plus opatur mali q̄ mors eius operet bonū. Mors em̄ solos nō respicit 7 reficit qui nihil sumus: s; culpa in illū tendit 7 illū perimit q̄ est summe bonus et infinitus. ¶ **Ray.** Dico primo q̄ multū alleviabit hāc culpā personale ipsa perimentū ignorātia. Si em̄ nos sent nunq̄ deū glie crucifigerēt. Scdo meritū hui⁹ viri erit duobus modis infinitū. Primo ex parte operantis q̄ est persona infinita. scdo ex parte dei acceptātis. Dñe em̄ meritū acceptabile deo est infinitū: mors igit̄ ista erit infinita 7 ex parte moriētis 7 ex parte mortē acceptātis. Dis autē culpa 7 personalis 7 actualis 7 originalis est solū infinita ex parte dei in quē committitur: s; nō ex parte hoīs a quo committit̄. Sic ergo sapientia vincet maliciā: 7 mors eius oēm nequiciā expiabit. Debes tñ scire q̄ iste humani generis redēptor nō solū purgabit peccata nostra infinita satisfactōe: sed etiā immensa cor

Meritum  
cristi ē duo  
bus modis  
infinitum.



dis stritione. Satisfactio per mortem respicit offensam dei iusticiã. Sed qz dei infinita benignitas etiã exasperata est: ideo oportet eam huius infinitis lachrimis: gemitibus 7 doloribus mitigari. Nam quantũ deus bonus est 7 amabilis: tantũ est ipsa odibilis 7 aspernabilis culpa. 7 ideo necesse est eam summis animi cõpunctionib9 expiari. ¶ **Bo.** Hoc posterũ maxime ostendit q̄ necessariũ sit collapsio: cõfractio 7 obduratio homini talis medicus qui sua morte: suo sanguine: suis lachrimis 7 gemitibus nostris vulneribus medeatur. ¶ **V**ere dulcis simũ virũ amoris brachijs complexandũ Sed queso te quomodo hic se geret post susceptã mortem.

**Qualiter vir iste se habebit post mortẽ**  
ad seipm 7 ad oēs creaturas. Capitulũ. lxxij.



**A**ymũdus. Primũ scito qz occisus in mortem nõ poterit a morte detineri. Cum em̄ sit deus verus: om̄ipotens: summe sapiens: 7 maxime clemẽs: ideo om̄ia faciet vt sapientissimũ 7 optimum decet. Sua ergo potentia se suscitabit occisus: vt sicut sua mors ita 7 sua resurrectio nostris periculis suffragetur. Nichil em̄ prodesset morte plenissime satisfacere si remaneret in morte. Nam nemo hominũ in illũ crederet neqz speraret nec se illi cõiungeret quẽ videret morte prosterni. Quãdo em̄ meã mortem vinceret qui suam non potuit superare. Indecens preterea est vt corpus tam sanctũ: tam miũdum: tam gloriozum in sordentem puluerẽ cõuertatur: quod spõte sine debito mortis in mortem se tradidit pro miũdi vita. ¶ **Bo.** Nunquid iterum mortalis resurget vel certe immortalis. ¶ **Ray.** Atiqz



## Dyalogus

immortalis. Nam frustra rursum mori cuperet cū vna  
morte sufficienter oēm corruptionē deleuerit ⁊ mortē.  
Non autē solū resurget immortalis: sed etiā ascendet cū  
summo trīpho supra oēs celos: vt a patre recipiat pos  
sitionē eternā pro humana natura: ⁊ illic residēs inde  
xtris dei colligat in celis quos emit in terris. ¶ **Hūc?**  
Illic igit̃ sublimis residēs quō se geret ad ceteras crea  
turas. ¶ **Ray.** Creaturaz̃ quattuor sunt partes. Vna est  
corporalis tm̃. alia est partim corporalis: partim spūa  
lis vt natura humana. Tertia est mere spūalis vt natu  
ra angelica. Et hec est bīptita. sunt em̃ angeli boni: et  
angeli mali. At qm̃ homo iste rōne hūanitaris erit crea  
tura oīum nobilissima: altissima: ⁊ vna persona cū dei  
tate p̃iūcta. ideo sub se habebit oēs creaturas: subicien  
turq; pedibus eius. Erit ergo dñs ⁊ caput bonoz̃ ange  
loz̃: qui suū in lucifero corruēte caput perdiderūt. Iste  
itaq; homo sublimis sua maiestate reintegrabit ange  
loz̃ ruinā: ⁊ caput se illis dominūq; p̃stituet. Ecce hoc  
est caput: quod (vt notares) diligēter supra cōmonui.  
¶ **Bo.** Ademini equidē ⁊ nunc clara luce illud intuoꝝ.  
Cū em̃ vir iste sit multo excellētior ⁊ in infinitū melior  
q̃ erat lucifer ante ruinā: ideo rectissime erit bonoz̃ ca  
put ⁊ princeps angeloz̃: atq; hoc pacto plus multo an  
gelica natura recuperabit q̃ perdiderit. Sicq; in ordi  
ne creaturaz̃ bonaz̃ vna erit creatura multo maior i bo  
nitate q̃ sit lucifer malus in malarū genere creaturaz̃.  
Nam (nisi falloꝝ) ante hūc virū nulla creatura erat ita  
bona sicut post ruinā primus angelus factus est malus  
atq; ita malū bonū superabat. Hoc autē viro super ange  
los caput constituto bonū longinissime malū vincet: qz

Quo se ge  
ret ad om̃  
nes creatu  
ras.



sine vlla p̄paratione erit ille melior q̄ sit lucifer iste ma-  
 lignior. Quobus igit modis bonū malū superabit. Pri-  
 mo qz maior erit hui⁹ viri bonitas q̄ in oibus malis sit  
 scelerata peruersitas. Scdo qz opera eius t̄to erūt me-  
 liora quāto deteriora sunt maliuoloz demonū atqz ho-  
 minū opera. **Da** veniā si te meo sensu fatigo ⁊ psequere  
 qđ tuū est. ¶ **Ray.** Erit quoqz hīc hō diuinus malozū  
 etiā dñs angeloz per iusticiā: sub cui⁹ pedibus malign⁹  
 lucifer captiuus innodatusqz tenebit: vt ne pedē quidē  
 aut vnguē p̄ter eius imperiū mouere possit. Erit ter-  
 tio oium hoīm dñs ⁊ suoz fidelīū sublimissimū caput.  
 Erit quarto dñs toti⁹ vniuersi. Dēs em̄ creature p̄pter  
 hoīem: ergo sicut est dñs hominū ita erit ⁊ creaturarū:  
 terre scz aeris ⁊ ignis ⁊ oīm que sunt: q̄ viuūt: que senti-  
 unt. ¶ **Bo.** Satis iam ostendisti quis: quantus: ⁊ qua-  
 lis: q̄qz ne cessarius sit qui genus humanū debeat libe-  
 rare: sed nūquid volet deus nobis talē hoīem largiri.

**Quod deus volet hunc hoīem largiri**  
 ⁊ qz iesus christus ipse sit iste homo. **Capi. lxxij.**



**D**ico. Vno necesse est vt deus velit hunc hoīem  
 dare generi hūano. Ab hoc em̄ cogit eū sua im-  
 mēsa benignitas q̄ nō patitur funditus mundū  
 interire. Quid em̄ p̄derit in tāta dignitate hoīem condi-  
 disse: oēmqz creaturā in suū obsequiū statuisse si hō non  
 est illū in quē conditus est finē adepturus: sed perpetuo  
 misere periturus. P̄terea si nullus debet hominū sal-  
 uari: tunc frustra illi seruiunt creature: qđ diuine sapiē-  
 tię summe repugnat. Cum igitur sapiēs deus sinat ho-  
 minē de creaturis cōtinue viuere: signū est infallibile qz

No. rōnes  
 quare deus  
 volet hunc  
 vrum da-  
 re generi  
 humano.



## Dyalogus

intēdit hominē collapsum reparare 7 in finem dirigere propter quē plasmatus est. Tertio hoc ipsius patet ex cōtinua multiplicatione generis humani super terrā. Nūq̄ deus post peccatū primī patris multiplicasset hoīes in terra: imo subito destruxisset nisi cogitaret deus sup hominē cogitatiōes pacis 7 miseratōis. Quarto si aliquo tēporis momēto nō fuit in mūdo aliquis hominū q̄ debuit saluari: iam tunc totus mūdos frustra erat 7 pro nihilo: qd̄ nimis absurdū est dicere. Verū quia nullus hominū saluari potest nisi per hunc virū saluatorem de quo hacten⁹ locuti sumus: ideo postq̄ deus hoīem ruinōsum nō vult perire optimā habet voluntatē hunc virū humano generi largiendi. ¶ **Bo.** O maximā dei bonitatem: pietatē: dulcedinē: qui per talē mediatorē nostris parat periculis subuenire. Sūma igitur nobis securitas est hunc optimū hoīem habiturū quē longo circuitu quesitū scrutatī sum⁹. ¶ **Ray.** At qm̄ hoī christiano loquor: nec est mihi cōtra paganos aut iudeos disputandū (hoc em̄ egi liquide in volumine vnde iste originē ducit) ideo nō oportet hic repetere quib⁹ medijs aut modis hic homo a deo donat⁹ sit: quibus sit lacrimis 7 suspirijs expetitus. de quo populo oriundus. de qua femina natus: hoc solū nunc dicere cōuenit q̄ solus iesus xps ipse sit ille homo quē deus prophetaz oraculis longe ante promisit: 7 in plenitudine tēporū fideliter misit. Hic est iesus xps verus deus 7 verus homo: in quo oēs condiciones 7 circūstantie que necessarie erant pro humani generis satisfactione inuēte atq; cōplete sunt. Ipse em̄ deū sua bonitate 7 morte placauit: ipse peccatū multorū tulit: ipse penas oēs remouit: tartara obcludit: para



disum aperuit: celos reserauit: et captiuantem diabolum  
 propria virtute struuit. Ipse contra vicia et peccata ope  
 re et sermone predicauit: scelera redarguit: radices ma  
 loꝝ oium propria scilicet voluntate: proprium amorem: laudes et  
 gloriam que sunt homini causa perditionis: et in deum inimi  
 ciarum penitus destruxit et eliminauit. Et breuiter que  
 quid ad salutem humane nature esse potest fideliter: feruenter: hu  
 militer et perseveranter operatus est. ¶ **Bo.** Tale igitur cum  
 teneamus Iesum Christum deum et regem verum: quem tam piū: bonū  
 mansuetū: et tanto amore flagrantē agnouimus ut pro  
 peccatis hominum amarā sustinuerit mortē: merito illum ois  
 homo amare: venerari: colere: et laudare tenet et huius gratias  
 querere: huius corpori mystico inherere: huic sedulus obe  
 dire. in quo est ois plenitudo bonitatis: virtutis: charita  
 tis: scientie: sapientie: meritorum oium ac premiorum. Qui ergo  
 hunc virum contemnit perpetua manet in morte. Qui vero hu  
 ius nobilissimi capitis membrum efficit in imensam crescit  
 dignitate. Unus enim bonus christianus melior est et prestā  
 tior quam omnes qui viuunt in terra homines non christiani. Malus  
 autem christianus est oium pessimus. ¶ **Ray.** Hinc pulcre li  
 cet aduertere quam iustus et quam bonus sit omnipotens deus  
 qui hunc hominem hominibus est largitus. Iustus qui quesit  
 uit iustum redemptionis precium: bonus qui in mortem vni cum  
 tradidit filium. Cum enim homo corruptus et in immensum obli  
 gatus non posset debitum infinitum soluere quod debebat: de  
 us benignissimus volens ab homine placari gratis con  
 tulit ei novum hominem qui deus esset et homine maior: qui  
 satisfaciatur pro homine obligato habens in se inestimabile pre  
 cium: vitam scilicet innocentissimam atque sanctissimam: quam cum in mor  
 tem indebitam deo pro homine tradidit: debitum hominis soluit et deum

No digni  
 tatem ho  
 minus cri  
 stiani boni

Nota quo  
 per cristum  
 facta sit ho  
 minis reco  
 ciliatio.



## Dialogus

homini reconciliauit. Dedit enim humana natura maximo creatori in isto homine quod suum erat: ut in alijs hominibus reddere quod reddere non poterat. ¶ **Bo.** Quid ista iusticia districtius: quod hac clementia misericordius: Vult deus placari ab homine: non tamen placari se patitur nisi moriatur infinitus: innocens: immaculatus. Aut ne fiat difficultas in precio ipse illum largitur qui occidat. Non habes inquit o homo unde te redimas accipe unigenitum fructum ventris mei et da illum mihi pro scelere tuo. Magna certe dignatio.

**Que sunt illa maxima dona que homo miserabilis recipit a iesu christo.** *Eapi. lxxiiij.*



**Ay.** Postquam igitur medicina preparata est: necesse est ut eam egrotus et misero homini applicemus. Si ergo iesus christus vulnere nostrorum medicus est: restat ut ad illum omnes accedamus ut possint egritudines nostre recipere medicinas. Nihil in nobis tam morbidum quod non ipsius medicatiois dono curet. Nos captiui sumus: ipse redemptor. nos obligati: ipse fideiusfor. nos destructi: ipse reparator. nos morbi: ipse curator. nos mortui: ipse resuscitator. nos ceci atque obrebrati: ipse clarificator. nos erratici: ipse conductor.

¶ **Bo.** Urinam nunc velit homo suas calamitates attendere ut tantum medicum sibi nouerit profuturum. Qui sua vulnera male sanus non sentit: hunc sotorum optimum non requirit. qui autem non requirit morti semper iam inhesit. ¶ **Ray.** Duplici obligatioe (ut nosti) homo implicatur tenetur. scilicet pro beneficijs acceptis: et pro culpis commissis. Prima semper ab homine solui debet quam tamen secunda obligatioe irretitur solui non potest. Non enim potest deum amare: laudare: venerari:

No. dupli  
ce hominis  
obligatio  
nem.



culpīs 7 criminibus cōpeditus. Porro a secūda obliga-  
 tione liberari nō potest nisi primā cōpleat: 7 primā cōple-  
 re nō pōt nisi secūda recedat. *Vides certe istū bicipitē*  
*laqueū. Venit igit̃ dñs iesus xp̃s soluit sua miseratione*  
*7 morte obligationē secūdam: 7 dat homini adiutorium*  
*gratie vt cōpleat primā. Solutus em̃ homo a peccatis*  
*7 sceleribus q̃ est obligatio secūda 7 infinita: iam incipit*  
*deū pro suis beneficijs amare: honorare: reuereri: q̃ est*  
*obligatio prima. Hoc adiutorium gratie xp̃s tribuit no-*  
*bis tanq̃ deus: 7 meruit nobis tanq̃ homo. Licet enim*  
*om̃e qđ deus tribuit dicat̃ gratia: istud tamē adiutorium*  
*quo deū diligimus 7 honoram⁹ est summa gratia sine q̃*  
*nulla pficit alia. ¶ Bo. Quantū ego intelligo plus est*  
*hāc gratiā accepisse q̃ vel corpus vel aiā. Itā sine ista*  
*gratia hō mortu⁹ reputat̃: qz nihil pōt operari inquātū*  
*homo est. ¶ Kay. Recte tu quidē. Et idcirco hec gra-*  
*tia deū amādi quā xp̃s administrat est vita ipsius aiē: si-*  
*ne qua aiā humana deo mortua est. Ista gratia hominē*  
*restaurat: reformat: viuificat: sanat: formosum deo ama-*  
*bilem prestat. Hec gratia hōiem bonū: iustū: deo dignū: 7*  
*dei filiū 7 heredē facit 7 ipm̃ fratrem pacificū et amabilem*  
*suis fratrib⁹ restituit. Hec gratia reducit hōiem de via*  
*errois: mendacij 7 falsitatis. 7 deducit per viā veritas:*  
*securitatis: gaudij: 7 exultationis. Hec gr̃a saluato-*  
*ris hōiem reuocat a iugo misere captiuitatis: a vincu-*  
*lis pprie volūtatis: propriij honoris 7 amoris: et ponit*  
*eū in libertate 7 in amplissima patria volūtatis dei. Et*  
*(vt oīa in vno verbo cōplectar) hec gr̃a restituit homi-*  
*ni suū bene esse qđ ante perdiderat: 7 tollit ab eo suū ma-*  
*lū esse: 7 ita restituit ei spiritū: salutē 7 sanitatē. ¶ Bo.*



## Dialogus

Magna cōmendatio gratie domini saluatoris. Nunc planissime liquet q̄ oportunus ipse nobis redemptor ad uenerit: a quo hec adiutorij gratia maxima cōdonatur. Sed oro te paulo apertius dixeris quomodo hec gratia iesu ch̄risti restituit homini bene esse.

**Quod ista gratia est totū bene esse**  
hoīs: 7 eius carētia malū esse eius. Capitulū. lxxv.

**R**ay. Homo a principio (dū fuit cōditus) accepit a deo esse 7 etiā bene esse: sed nondū optimū esse. hoc em̄ expectabat trāsferendus in gloriā sempiternā. Acceperat ergo ab optimo cōditore esse: uere sentire: uelle 7 amare. Acceperat etiā bene esse: bene uiuere: bene uelle: 7 bene amare. Habebat ergo bene esse 7 corporis 7 aīe. Verū q̄ primus homo hoc bene esse qd̄ habebat 7 seruare poterat sua uolūtate perdidit: ideo tantū sibi retinuit esse: 7 pro bene esse acquisiuit esse malignū: iniustū: sordidū: caducū: uiciosum. Spoliatus igit̄ gratiaz uestibus hīs semescinctijs 7 lacinijs ignominiosis est turpiter cōtectus. Et aut̄ melius agnosceret aīe sue cladē atq̄ ruinā: corporis quoq̄ mala suscepit 7 factus est mortalis: luteus: aīalis: infirmus: ut per hec mala carnis mētis sue maliciā p̄probaret. si forte negligentius eā uellet dissimulare. Habēs igit̄ in se tā defor̄me malignū 7 tortuosum esse: factus est suo odibilis creatori: eo q̄ opus suū tam preclarū in se homo corruerat. Inuētus ergo inutilis: corruptus: abhominabilis: ad nihil aliud uacabat nisi ut perpetuis ignib⁹ destineretur. Verū licet pdiderit hō suū bene esse: remāsit tamē ipsa obligatio amoris 7 reuerentie quā soluere certe oportet.



bat: nec erat illi aliqua excusatio: qz sua volūtate bñ esse pdiderat. ¶ **Do.** hinc certe palā intueor qz reddere hōi suū bene esse nihil est aliud q̄ reducere eū ac mutare de malo: tortuoso: iniusto: vicioso esse: ad bonū: rectū: sanctū: iustū: salutifex: vt homo bene viuat: bene intelligat bene amet: bene velit ⁊ possit: vt sit sanct⁹: honestus: decorus: pulcher: virtuosus. ¶ **Ray.** Aspice igit̄ dei dulcissimā bonitatem. qui (vt hōiem sibi federaret ⁊ remotis tot malis in primis bonis restitueret) dedit homini iesuz xpm̄ q̄ oēm de medio tulit offensam. remouit culpā ⁊ penā: ⁊ ad bene esse pristinū hōiem reuocauit. Recepit ergo a iesu xpo vt amet ⁊ metuat: honoret et laudet deū vt diligat proximū sicuti seipm̄: ⁊ in hīs oībus gaudeat: perseueret: exultet: tripudiet: delectet. Ecce hoc est bñ esse: hec est vera vita aīe q̄ per xpi grām hōi repať ¶ **Do.** Tria itaqz colligo bñsticia maxima q̄ xpi miseratione donātur. scz indulgētia vt offensa deleatur. grā vt bene esse p̄ferat: gloria vt esse optimū aliquādo donetur. Nā gratie semp̄ debetur gloria. Gratias igitur immortales xpo qui ista nobis suo sanguine mercatus est.

**Quod in hoie xpiano sunt tres generationes ⁊ tres fraternitates distincte.** Capi. lxxvj.

**B**ay. Et perfectius adhuc ⁊ clari⁹ christi gratiā ⁊ bene esse hōis agnoscas scire te cōuenit qz adam prim⁹ pater recepit a deo corpus ⁊ animā ⁊ bene esse. Sed dum bene esse per inobediētiā perdidit: esse tantū imo ⁊ male esse corpis ⁊ aīe reseruauit. Porro xpianus hō instar primi tres habz res sibi collatas: distinctas tñ generatōib⁹. Habz em̄ carnē a primo



## Dyalogus

parēte: habet aīam a creatore: habet ⁊ bene esse a xp̄o re  
dēptore. Ista tertia cōpleta est ⁊ perfecta: sine qua due  
prime corrupte manēt ⁊ perdit. Hec em̄ generatio san  
cta est ⁊ tota bonitas: rectitudo ⁊ pulcritudo animarū.  
Ista tertia generatio oīno contrariat prime multiplici  
ratione. Primo: per primā em̄ generationē caro dñatur  
⁊ aīa seruit. per tertiā aīa dñatur carni ⁊ sue subijcit ser  
uituti. Secūdo: per primā generationē homo erat tot⁹  
carnalis: luteus: brutalis. per tertiā homo fit spūalis:  
rationalis: diuinus. Tertio: per primā homo perdidit  
similitudinē dei ⁊ nanciscitur similitudinē diaboli. sed  
per tertiā recuperat dei similitudinē ⁊ in pristinū se at  
tollit decorē. Quarto: per primā homo recipit in se radi  
cē omniū maloz: sed per tertiā oīum bonoz fomitē recu  
perat ⁊ conseruat. ¶ **Do.** Hinc iam cernere licet aper  
tius quantū primus ⁊ secūsus adam sint inter se cōtra  
rii. Primus hoīem corrupit ⁊ perdit. secūsus reparat:  
medet ⁊ saluat. Ille aīam a creatore corpori infusam in  
ficit ⁊ occidit. iste eam mundat: ornat: ⁊ viuificat. Ille  
oēs quos de se gignit filios perpetuis cruciatibus dam  
nat. Iste suā sobolē baptismi lauacro purgatam in cele  
stibus eleuat ⁊ coronat. Ille sua fetida carne oēs cōma  
culat. iste sue sancte ⁊ mūde carni sociatos mūdos red  
dit ⁊ lucidos. ¶ **Ray.** Egregie sapis: nūc pauca de tri  
plici inter xp̄ianos fraternitate loquamur. Prima est  
carnalis qua oēs ab vno primo parēte descēdunt. Secū  
do sunt fratres: qz ab vno patre spūm deo suas aīas ac  
cipiūt. Et iste due coēs sunt etiam ⁊ paganis ⁊ iudeis.  
Tertio sunt fratres qz ab vno patre xp̄o oēs bene esse soz  
tiūtur. Hec postrema est oīm optima: sine qua due pri

Nota quo  
modo gene  
ratio spūa  
lis contra  
riatur car  
nali.

Nota d̄ tri  
plici inter  
christianos  
fraternita  
te.



me mortue sunt. Hec fraternitas est magne nobilitatis magne excellētie ⁊ amoris : magne bonitatis charitatē ⁊ vniōnis. Hec fraternitas est infiniti meriti valoris et premij: qz xps deus homo emit eā morte sua: vitā tribuens precij infiniti. Hec fraternitas est fraternitas gratie. qz xps gratiaz pater eam suis plibus assignauit. *¶* **Bo.** Merito hec tertia fraternitas tante est dignitatis: qz de patre dignissimo ⁊ illusterrimo xpo originem sumit. Sūmo igitur amore se debēt inuicē diligere christiani: qui talē ⁊ tam amabilem fortitūtur patrē qui eos suo sanguine lauit : sua morte redemit: sua resurrectiōe iustificauit: sua glorificatiōe coronabit. *¶* **Ray.** Et cūcta melius intelligas q̄ de hac triplici generatiōe ⁊ fraternitate locut⁹ sum: vnū manū festū tibi ponā exemplū. Corpus humanū recipit esse: recipit ⁊ bene esse. Nam epar: cor: ⁊ cerebrū alijs largiuntur mēbris omē qd̄ habēt. Epar em̄ dat esse grossum: estqz iplis mēbris instar corporis. Mittit nāqz eis humores corpulētos ex quibus mēbra generātur: nutriūtur: sustētant. Hoc aut̄ facit per venas ex quib⁹ largitur sanguinē: ⁊ est quasi primus adam q̄ dat carnē solū. Secūdo cor ipsū mittit calozē naturalē: ⁊ confert oibus mēbris vitalē spūm: ⁊ habet se ad modū dñi creatoris: qui dat aiā viuētē humano corpori. Est ergo hic spūritus quasi mēbroz aiā: sine quo oīa mēbra mortua deputant. Tertio ipsū caput seu cerebrū qd̄ est altissimū spargit in oīa mēbra per neruos sensum ⁊ motū. ⁊ est sicut xps dans bñ esse toti corpori. Sicut igit̄ corpus ab epate grossum sanguinē: ita hō recipit ab adam sensibile carnē. Et sicut corpus recipit a corde spūm vitalem:



## Dyalogus

ita homo recipit a deo animam viventem. Sicut quoque corpus accipit a capite sensum et motum: ita et homo capit a christo gratie adiutorium. Et quemadmodum corpus iacet paralyticum: languidum: et mortuum: et semper deorsus labitur. nisi sensum a capite motumque recipiat: nec quicquam ei profuit aut epatis aut cordis munera. ita nisi homo gratie adiutorium et bene esse recipiat semper ad terrena corrumpitur: nec quicquam illi prodest corpus atque arbitrium recepisse. ¶ **Do.** hoc exemplo et ceteris que paulo ante de gratia dixisti efficacissime destruit heresis pelagiana. hec enim falso asserit post acceptum a deo liberum arbitrium christi gratiam non esse homini necessariam. Dicunt nempe homines superbissimi: a deo habemus quod homines sumus: sed nostrum est quod iusti sumus. Ne sciunt enim quod liberum arbitrium in primo patre corruptum sursum ad iusticie opera attolli non potest: innumeris obligatibus irretitum nisi christi misericordie solvatur.

**Quod mors christi unde homini gratia conferretur et bene esse generat in homine christiano unam novam obligatorem**

¶ Capitulum. lxxij.



**A**p. Sicut supra in dyalogo de obligatorem monstravimus hominem astringi deo pro beneficiis creaturarum acceptis: debereque inde deum toto corde diligere: honorare: laudare. Multo tamen amplius et sine ulla comparatione obligatur homo optimo largitori: quod ipsum christum illi contulit per quem omnem suam misericordiam: culpam: iram: et offensam, feliciter et efficaciter expiavit. Quanto christus plus valet quam omnes creature: tanto magis obligatur homo pro suscepto christo quam pro omnibus creaturis. Cum enim christus sit persona infinite bonitatis et hunc largiendo deus exhibuit ho-



mini infinitū amorē 7 immēsas liberalitatē. ideo dupli  
 ci obligatōe infinita hō pstringit 7 christo redēptori et  
 patri largitori. *Que* quidē obligatio multū differt a pri  
 ma. Nam prima est naturalis 7 propter esse hoīs 7 ppter  
 mundū. sed ista obligatio est ppter bene esse hoīs p iesū  
 xpm. Itē prima est ppter hoīem factū de nihilo negati  
 uo: sed ista est ppter hoīem collapsum in nihilo priuati  
 uo. *De* nihilo negatiuo factus est hō: qui corruēs in ma  
 liciā: in iniusticiā: in turpitudinē: cecidit nihilū priuati  
 uū priuās seipsuz suo bñ esse: sua grā: sua iusticia. *Quā*  
 do igit de<sup>9</sup> extraxit hoīem de isto nihilo pferēs sibi p xpi  
 mortē bene esse 7 bñ viuere: tūc itez fecit hoīem de nihī  
 lo. Primo hoīem fecit cū nō esset: deinde refecit cū fun  
 dit<sup>9</sup> perisset. *Verū* qz magis est hoīem reformare q̄ fa  
 cere: 7 maioris valde pietatis (vt em̄ non crearetur non  
 demeruerat: sed creat<sup>9</sup> 7 superbus 7 inobediēs factus:  
 meruit vt illud pderet qd̄ fact<sup>9</sup> erat 7 illud ppter qd̄ fa  
 ctus erat) id in infinitū ampli<sup>9</sup> obligat hō pro eo q̄ tā  
 gratuita miseratōe morietis xpi restaurat<sup>9</sup> est: q̄ q̄ āte  
 dei manu plasmatus est. ¶ *Do.* Merito id quidē: nam  
 in isto opere reparatōis nre deus suā vltimā ostēdit ami  
 ciciā: charitatē: amorē: dulcedinē: donās nobis suū sibi  
 filiū coequalē quē amara morte peremit vt nostris mor  
 tibus subueniret. Sed rogo te quomō poterit homo fi  
 nitus hanc infinitā soluere obligationē: ¶ *Ray.* Duo  
 bus modis intellige q̄ dico. Primo p̄t hāc obligatiōem  
 soluere si offerat deo suū amorē: suū timorē: suā laudē:  
 suā deuotionē: ita tñ q̄ cū istis simul 7 xpm offerat q̄ est  
 sufficiētia nra: p̄ quē plenissime deo reddim<sup>9</sup> qd̄ debem<sup>9</sup>.  
 Ad hoc em̄ nobis a deo xps largitus est: vt per illū sup  
 m ij

Nota quali  
 ter ista ob  
 ligatio sol  
 ui potest.



## Dyalogus

pleamus quicquid ipsi nostris viribus non possumus. Semper enim acceptat filium pater. quem si omiserimus et per nosmetipsos ad deum accedere voluerimus reijcitur: repellimur: et ut superbissimi iudicamur. ¶ **Bo.** Nec immerito: quod enim sine mediatore ad deum iratum reus accesserit: grauiori auiduersione percussus superbie sue penas dabit. ¶ **Ray.** Secundo potest homo hanc obligationem soluere si mortem filii dei qua redemptus est grata semper memoria gestauerit. Impiissimum enim est tam benignissimam miseracionem ingrato transire pectore. Passio nepe christi est infiniti meriti et totum hominis bonum. ideo omne studium christiani et tota eius cogitatio atque intentio versari debet circa memoriam mortis christi: in qua sunt omnes thesauri diuitiarum et meritorum omnium. Qui igitur vult sue obligationi digne satisfacere et omnem in se virtutem et omnem christi meritum possidere. recipiat in memoria passionem eius per quam fit in seipso viuificatus: deo reconciliatus: a diabolo liberatus. ¶ **Bo.** Sed nonne mors christi iam transiit: quomodo ergo quod transiit et iam non est mihi poterit perdesse. ¶ **Ray.** Dixi iam tibi. Licet enim christi mors transiit meritum tamen mortis in eternum manet. Quod meritum tunc in se homo recipit quando in memoria deuotus recipit ipsam mortem. Et quod meritum semper viuunt: idcirco quod in se accipit christi mortem per recordationem viuunt in christo: gaudet: iocundatur: exultat. Qui vero christi mortem non recordatur ingratus est: nec primam obligationem soluit nec istam: sed peccatorum suorum obligatione copeditus manet in morte: in ira dei: et in vinculis diaboli. ¶ **Bo.** Hinc patet quod christianus peccator et ingratus seipsum diligens: suam querit gloriam: suam famam: et respiciens christum infinito reatu supra ceteros homines se astringit. Tantum enim peccata hominis christiani excedunt peccata omnium

Nota meriti  
passionis  
christi et me-  
ritum memo-  
rie passio-  
nis eius.



paganoꝝ ac iudeoꝝ: q̄ntū obligatio mortis xp̄i (cui xp̄ia-  
 nus reus tenet) supat obligationē pro b̄nificijs accepti-  
 a creaturis. Est ergo malus xp̄ian⁹ oīum q̄ viuūt hoīm  
 nequissim⁹ ⁊ infinitis supplicijs pre ceteris dign⁹. Anū  
 tamen est qđ me vehemēter mouet. Si per ch̄risti mor-  
 tē hominī confertur bene esse: quid est qđ quotidie tanta  
 mala nunc corporis nūc aīe experimur: ⁊ plerūq; maio-  
 ra q̄ qui xp̄i grām nō receperūt. Corpus vt prius ma-  
 net infirmū: miserū: fragile: mortale: aīa vero mille quo-  
 tidie agitāt tētatiōib⁹ nūc carnis: nūc mūdi: nūc diabo-  
 li. Ubi ergo est istud bene esse de quo loqueris.

**Qđ licet homo lapsus reparet quantū  
 ad bene esse anime: manet tamen malū pene in corpore.**

Capitulū. lxxiij.



**A**y. Intellige primū quid sit bene esse: ⁊ quid  
 male esse: ⁊ tunc facile qđ queris inuenies. Be-  
 ne esse aīe est qđ sit iusta: sancta: recta: immacu-  
 lata: fugitās vicia ⁊ peccata: ⁊ qđ deū amet: laudet: ho-  
 nozet. Hec per xp̄i grām aīe xp̄iane conferūtur: atq; hoc  
 modo accepit bene esse ⁊ bene viuere. ¶ **Do.** Si habet  
 xp̄ian⁹ bene esse quare tot mala patit in carne. ¶ **Ray.**  
 Adagne pietatis est ista disputatio. Ideo em̄ corp⁹ ma-  
 net fragile ⁊ infirmū ne negligat homo se lapsum: se per-  
 ditū aliqñ fuisse ⁊ xp̄i grā reparatū. Scđo vt memine-  
 rit amoris: obsequij ⁊ charitatis sibi a saluatore exhibi-  
 ti: nec tā preciosam mortē friuolā putet. Tertio vt cau-  
 tus sit ne iterū peccet ⁊ eternas det penas q̄ corpis ma-  
 la longissime superēt. Noueris tñ qđ istas carnis nostre  
 miseras xp̄s nobis in bonū quertit: qz ea ⁊ volūtarias



## Dialogus

facit 7 meritorias. Si em̄ tolleret in hac vita oēs penas  
tolleret de medio etiā merendi occasiones oēs. oīs nepe  
pena volūtariae pro xp̄o perpeſſa admodū est meritoria.  
Vides ergo quō mala corporis prius inuolūtaria dum  
xp̄i gr̄a volūtaria fiūt ad bñ esse aie traducūtur. ¶ **Do.**  
Sed quid dicis de malis q̄ quotidie in aia perpetimur:  
vt sunt tētatiōes: tribulatiōes: sollicitudines: timores  
7 mille pericula. ¶ **Ray.** Nihil pōt tollere bene esse aie  
p̄ter solū peccatū: noli assentire peccato 7 nihil tibi est  
nocitū. Quicq̄d em̄ hō in aia patit̄ dēpto pctō totū illi  
vertit̄ ad salutē. ¶ **Do.** Quō pōt concupiscētia carnis (q̄  
inimica est aie) fieri aie in salutē. ¶ **Ray.** Dū nō assen/  
tit: dū eius appetitū frāgit: dū eius desiderijs reluctat̄  
¶ **Do.** Sed q̄re xp̄i gr̄a nō penit̄ hanc destruit. ¶ **Ray.**  
Certe ne tibi tollat occasiōē pugnādi: vincēdi: merēdi  
Olim hęc concupiscētia te traxit ad culpā: nūc captiua  
te ducit ad gr̄am. Tu tantū eam d̄prime 7 retine sub tri/  
buto. noli eā repēte iugulare: sed tanq̄ mortalē inimicū  
vinculis irretitū sine languescere: tabefieri 7 sensim mo/  
ri. Propter tres igif̄ rōnes ista carnis concupiscētia hōi  
derelicta est. Primo vt de tuo aduersario q̄ te olim occi/  
derat egregie vindices. Secdo vt inimicū habeas qui te  
torpētē pugnacē semper faciat atqz victorē. Tertio vt  
dū hunc nōnunq̄ repugnantē senseris: gr̄e memineris  
saluatoris q̄ te superiorē fecit. q̄ illū tuis pedibus sub/  
iecit. a quo quotidie tot hoies capiuntur: inficiūtur: iu/  
gulātur. Si ergo hęc concupiscētia facit ad bene esse hois  
q̄ tamē nociua videt̄: multo āplius tribulatio: p̄secutio:  
sollicitudo: timor: circūspectio: q̄ dū pro xp̄o volūtariae  
perpetiūtur maximā parāt̄ aie coronā. ¶ **Do.** Optim?

Ne .de ma  
lis anime  
quō fiunt  
hōm̄ in sa  
lutem.

Nota tres  
rationes



sermo tuus ⁊ admodū informatiuis ad necēariam patiē  
tiā. Sed nūc supereſt vt quibus formis aut medijs xp̄s  
ſuis fidelibus bñ eſſe p̄ferat ⁊ ſalutē ſapiēter ediſſeras.

**Quibus formis aut medijs christia-**  
nus accipit bene eſſe a xp̄o. Capi. lxxix.



**B**ymūdu. Et homo chriſtianus recipiat be-  
ne eſſe a xp̄o: neceſſe eſt vt nouerit et ſuſceperit  
ſeptē eccleſie ſacramēta. Chriſtus em̄ benigniſſim⁹  
miſerator dona gratie ſue per res viſibiles ⁊ pal-  
pabiles inſtituit elargiri: vt homo exteriorib⁹ rebus im-  
butus quid introſum in aīa accipiat agnoſcat. Non ta-  
men id qđ datur viſibile eſt: ſed per ſignū viſibile deno-  
tatur. Ideo ſacramentū dicitur qđ eſt ſacre rei ſignū.  
Sicut per ſcalā nature viſibile homo aſcendit ad cogno-  
ſcēdas res inuiſibiles vt ſupra patuit. ita dñs ieſus ſta-  
tuit vt per ſcalā viſibile ſacramētorū homo lapſus ſe eri-  
gat ad res ſpūales. nō ſolū vt eas agnoſcat: verū etiā in  
ſe recipiat. Prima ſcala eſt nature. ſecūda eſt ſcala gr̄e.  
Prima eſt ſcala creatiōis. ſecūda eſt reparationis: vite  
⁊ ſalutis. Prima eſt hoīs inquantū homo eſt. ſecūda eſt  
hoīs inquantū lapſus eſt. Si ergo voluerit deū inuenire  
per ſcalam primā: neceſſe eſt vt prius aſcēdat per ſecun-  
dā: vt pote collapſus depreſſus ⁊ dei inimicus. Item p̄  
primā ſcalam homo aſcēdit ad deū. ſed per ſecūdam hō  
ſcādīt ad hoīem deū. Prima inſtituta eſt a deo creatore  
ſecūda cōdita eſt a deo ſaluatore. ¶ **Bo.** Nō mihi mi-  
rū videtur qđ xp̄s ordinauerit per res corporales hoīem  
debere recipere bene eſſe cum in prima conditione mūdi  
ad hoc res corporales quaſdā deus creauerit vt per eas

¶ Sic inci-  
pit materia  
de ſeptē ec-  
cleſie ſacra-  
mentis

¶ Nota diffe-  
rentiā in  
ter duas  
ſcalas.



## Dialogus

homo habens bene esse reciperet optimū esse. Lignū em̄  
sciētie boni ⁊ mali qđ vtiq; erat corporeū p̄pterea deus  
instituit vt si hō seruasset obedientiā super hoc ligno im  
positā: de bene esse qđ habebat transisset ad optimū esse  
qđ nondū nouerat. ¶ Ray. Hoc qđ dicitis etiā huic sen  
tētie opitulaf: q̄ sicut hō lignū hoc vetitū gustando per  
res corporales cecidit: ita illū p̄ res visibiles x̄ps erige  
re curauit. Iste aut̄ res per sacra x̄pi v̄ba p̄secrate talē  
recipiūt efficacitā ⁊ virtutē vt hō eas in se suscipiēs eas  
sine dubio grām adipiscitur q̄ huiusmōi res visibiles si  
gnificare vidētur: vt patebit in subditis. Et cōgruēter  
hīs rebus corporeis x̄pi v̄ba q̄ oēm habēt virtutē socian  
tur: vt sicut hō per verbū dei est creat⁹ ⁊ per creaturas  
collapsus: ita ⁊ per v̄bū x̄pi creaturis immixtū recreet⁹  
⁊ sublimet⁹. Verba etiā aptius res inuisibiles suo signi  
ficato representāt: ⁊ ideo merito rebus visibilib⁹ copu  
lātur vt perfectius hō credat se eā grām intus recipere  
que per res corporeas forinsecus denotatur. ¶ Bñic⁹.  
Quia igitur per has res visibiles christo miserante hō  
mo sanctificatur ⁊ recipit intus gratiā: vitā ⁊ salutem:  
hoc est bñ esse. ideo debet honorari: venerari: et cū omī  
reuerētia ⁊ deuotione suscipi: et debent sancta appella  
ri ⁊ sacramēta. Primo quia significāt res sacras. Scđo  
preparāt hominē ad recipiendū res spirituales ⁊ sanctis  
simas. Tertio quia a sanctissimo christo eas nouim⁹ in  
stitutas. Merito igitur hec scala appellari debet scala  
sacramentalis. Sed tu progredere.

**Quomō per primū sacramentū scz bap  
tismi datur anime humane bene esse. Capitulū. lxx.**

Quod per  
verba chri  
sti ecclesie  
sacramēta  
formātur.



**B**ay. Nūc in speciali de septē sacramētis pauca dicamus: 7 quō per ea datur aīe hūane bñ esse. Inter sacramēta primū occurrit baptismus. *Quod offi*  
 Dia humana carnī corrupte putride 7 malis cōcupiscē  
 cijs infecte copulata trahit a sua carne omnē corruptio  
 nē 7 culpā originalē 7 cōcupiscentiā maculosas. 7 ideo  
 necesse est si debeat a suis sordib⁹ emūdari ad aquas bap  
 ptismi lauāda festinet. alioquin si non fuerit aquis illu  
 strationis repurgata portabit in eternū immūdiā suā  
 Ista autē ablutio regeneratio vocat: qz vetus hō illic re  
 nouatur 7 aīa recipit nouū esse spiritale qd nō habebat:  
 7 efficit dei filia: heres dei 7 coheres xpī. Ista itaqz ab  
 lutio materialis cui sociātur vba sacra. scz ego te bap  
 tizo: id est lauo in noīe patris 7 filij 7 spū sancti: significat  
 ablutio nē inuisibilē 7 occultā quā xp̄s intus in aīa ope  
 ratur. In hoc baptismo sicut hō efficit nouus: ita 7 no  
 men acquirit nouū: vt a xp̄o vocet xp̄ianus cui iam xp̄i  
 gratia cōicāta est. ¶ **Bo.** Hinc pulcre intelligo xp̄ianū  
 hōiem esse infīniti precij: valoris 7 dignitatis q̄ xp̄i san  
 guine (vnde 7 baptismus rubet) mūdatus est. Nec des  
 bere quemqz ledere hōiem xp̄i fidelem nisi qui velit infī  
 nitā iniuriā in xp̄m cōmittere: cuius ipse 7 nomē 7 gra  
 tiā 7 dignitatē gerit. Sed nūc ostende obsecro quō hec  
 visibilis ablutio interiori purgationi coaptet. ¶ **Ray.** *Quō visi*  
 In p̄optu est. Nā sicut aqua baptismatis clara trāspa  
 rēs 7 lucida est: ita aīa in baptismo reiectis culparū te  
 nebris intelligētie 7 amoris lumē acceptat. Item sicut  
 aqua estū refrigerat: ita 7 baptismus cōcupiscētie calor  
 rem 7 feruentē carnīs motū cōtemperat: 7 gehēne incē  
 dia penitus eliminat. Item sicut ablutio fit a capite de  
 tur.



## Dyalogus

No. baptis-  
mi virtutē

scendēs in omne corpus: ita fit oīum culparū 7 penarū (q̄  
ab originali pctō tanq̄ a capite sumpterūt exordiū) ple-  
na remissio. Et vt vtutes sacri baptismatis in vnū con-  
gregē: in baptismo fit trāsmutatio de morte ad vitā: de  
tenebris ad lucē: de seruitute carnis 7 demonis ad verā  
liberratē 7 seruitutē redēptoris. In baptismo hō mori-  
tur carni 7 viuit spūi. moritur vicio 7 viuit virtuti: exi-  
tur operibus tenebrarū 7 armis lucis induit. veterē de-  
ponit hōiem 7 nouū induit: q̄ p̄m deum creatus est. In  
baptismo preterea tanq̄ per scalā xp̄s descēdit ad hōies  
7 homo scādit ad deū. 7 fit inter vtrosqz quidā dulcissi-  
mus matrimōnij contractus. qz aīa xp̄m suscipiēs a xp̄o  
vicarijs brachijs suscipit: 7 veteribz vicioz vestibus spo-  
liata incorruptibilibz virtutū vestibus adornat. ¶ **Bo.**  
Ex isto dulcissimo sermone tuo luceclarius apparet cū  
quāta celebritate: deuotōe: alacritate: 7 pietate debeat  
baptism⁹ 7 cōferri 7 suscipi: ī quo hūana aīa oēs culpas  
deponit: maculas diluit: nouā ciuitatē acq̄rit: demonis  
7 carnis laqueos euadit: inter se 7 deū noua federa iūgit  
7 in xp̄i sponsas castissima trāsit. Abi ergo tantoꝝ est bo-  
nozū institutio magna debet celebritas obseruari.

**Quod per sacramentū confirmationis**  
datur etiā bene esse anime humane. Capi. lxxj.

**R.** Sicut in baptismo homo quasi mō genit⁹  
infans abluitur a sordibus 7 emūdatur: ita in  
sacramento confirmatiōis crescit: augmētatur:  
roboratur. In his em̄ que ad corpus pertinet: primo vi-  
demus hominē de vulua nasci: secūdo natū crescere et  
roborari. Ita in spūalibus homo primū de vulua: hoc



est de fonte ecclesie mystice generat. deinde in spiritali  
vita per confirmatiōis sacramentū augetur ⁊ roborat.  
Et qz in ista roboratione fit noua operatio ⁊ nouus aie  
effectus. ideo nouū etiā debuit institui sacramentū ⁊ a  
primo distinctū Verū quia in quolibet sacramēto opoz  
tet vt visibile propoztionef rei inuisibili. Ideo chrisma  
qd est cōpositū ex oliuo ⁊ balsamo cū verbis gratiā ope  
rātib⁹. istis scz Signo te signo crucis: cōfirmo te chris/  
mate salutis: huius sacramēti virtutē optime represen  
tāt. ¶ Bo. Ostēde nūc queso quō hec exteriora interio  
ribus assimilētur. ¶ Kay. Dixi in chrismate oleū ⁊ bal  
samū contineri. Sicut oleū supernatat aque: ita grā cō  
firmatiōis gratiā baptismatis superat. Itē oleū reddit  
aquā saporosam: ita confirmatio baptizatū hoīem ma  
gis efficit populis famosum. vita: vtute: bonitate: puer  
latōe: sermone. Itē oleū extēditur ⁊ dilatat sup aquas:  
ita per hāc cōfirmatiōis grām hō exterius ad bona opera  
dilatat ⁊ nomē xpī amabile reddit cordib⁹ alioz. Item  
oleū nitidū est ⁊ perlucidū. ita hoc sacramēto homo con  
sciētiam possidet mūdā ⁊ iusticie luce serenā. Itē oli  
ua etiā seu a hieme semp viret: ita per hāc sacramēti gra  
tiā cōferē hoī vt nulla aduersitatū asperitate frāgatur.  
sed semp in bono pseueret: ⁊ in secūdis ⁊ in tristib⁹. Itē  
oleū lene est: dulce: suauē: benignū. ita hoc sacrm facit  
homīnē humilē corde ⁊ mitē conuersatiōe: gaudere cū  
gaudentibus: flere cū flentibus. Preterea sicut oleo per  
miscetur ⁊ balsamū quod suauē valde spirat odorē: hoc  
significat qd gratia huius sacramēti homo extra se spar  
git fragrantiam bone fame: bone opimionis ⁊ vite qua  
alios ad se trahit ⁊ suo exēplo instituit. Itē ista vinctio

Quo exte  
riora inter  
riorum gra  
tiam signi  
ficent.



## Dialogus

fit signo crucis in fronte vt significet q̄ in hoc sacro da-  
tur gr̄a ad publice p̄ fide pugnandū: ad xp̄i nomē ⁊ cru-  
cē ⁊ mortē audacter ⁊ sine rubore p̄fitendū. ⁊ ad tormē-  
ta: cōtumelias ⁊ ludibria si opus fuerit constātissime p̄-  
ferendū. Certe vidisti quomō hoc sacramētū bene esse  
⁊ gratiā ⁊ fortitudinem conferat aiabus. **Bo.** Vidi  
equidem ⁊ christi miseratōes stupeo vehemēter: qui hu-  
iulcemodi remedijs nostris vulneribus suffragatur.

**Quod per sacramētū eucharistie supra  
modū bene esse ⁊ multiplex gr̄a donatur. Capi. lxxij.**



**By.** Post p̄firmationē seq̄tur eucharistie. i. bo-  
ne gr̄e sacm̄: in quo pre ceteris p̄tinet ⁊ cōfer-  
tur ois gr̄e plenitudo. Videmus q̄ in vita cor-  
porali primū precedit generatio: deinde sequit̄ augmē-  
tatio per quā homo p̄ducit̄ ad plenā vitā: ita tertio req̄ri-  
tur alimentū quo ois vita p̄duret in esse. Pari modo est  
in vita sp̄iali. Nā in baptis̄mo sp̄ialiter nascēris: in con-  
firmatiōe angmētāris: et eucharistia aleris ⁊ enutriris  
quo fit vt in vita spiritali p̄serueris ⁊ cōplearis. **Bo.**  
S; quo cibo alit nos xp̄s in hoc eucharistie sacramēto:  
**Ray.** Nō alio vtiq; q̄ seipso: sua carne: suo sanguine  
sua diuinitate: que realiter ⁊ veraciter in hoc sacramen-  
to p̄tinētur. Ecce hoc est pabulū amoris: esca dilectio-  
nis: ferculū ardentissime pietatis quo te nutrit deus tu-  
us: redēptor tuus. Sicut em̄ nutritio corporalis fit per  
calorē naturalē: qui si defecerit iā nutritio cessabit: sic ⁊  
